Hec est quiesa quadragesimæ sextæ. sint ergo a b c in harmonica medietate dispositi qui numerent d f m e f g. dico e f g esse in arithmeticæ medietate constitutos. Sumo h l duplos ad a b c qui siller erunt in harmonica medietate et in medium f m arithmeticam medietatem inter h l. eritq; p quadra gesimæ primam huius h ad m sicut l ad l. quare sicut g ad f adiuuante vicesima quinta secundi. sed et per eadem vicesimæ quinam scbi cognoscet g ad e sicut h ad l. sed h ad m medium: sicut g ad f suum medium et m ad l ut f ad e. igitur per decimæ nonam huius f medius erit in medietate arithmeticæ inter g et e. quod est propositum.

50 **C**Quotlibet numeros in geometrica medietate f m datam pportioem continuare: inter quos singulos f m harmonicam medietatem medios assignare sit possibile.

Per tricesimæ nonam huius sumatur f m datam proportionem a/b/c tres numeri in harmonica medietate: et sint d e termini proportionis a ad c. et ducat d in oes illos et pueniant f g h qui p septimam secundi erunt in eadæ medietate q; per correlatum eiusdem septime differente f ad g et g ad h sint equi multiplices ad d e. ducatq; e in c t puentat l. eritq; p octauam secundi f ad h sicut h ad l. Itæ ducatur e in b t pueniat l. eritq; l ad l sicut b ad c. quare l harmonice mediæ inter h et l. sicq; habes duos f m datam proportionem geometricæ continuatos: inter quos et duo mediæ harmonice medietatis sunt inueniti. Quid si plures desideras duc d in oes inuenitos et in duos extremos et habebis tres in medietate geometricæ continuatos et inter binorum singulos ea rōne qua prius medios in harmonica medietate sumptos et hoc quoq; pacto quotquot voles inuenies.

51 **C**tres numeros in harmonica medietate disponere: ita ut iter binos et binos mediæ f m medietatem geometricam cōsistant.

Scom exgentiam tricesimæ secundæ huius inueniatur a b c tres numeri in arithmeticæ medietate pstituti: inter quos sint d e in geometrica medietate. et sit f numerus quem oes numerant: numeretq; eum f m g h l m. et patet p quadragesimæ septam huius g/l/m e in harmonica medietate: sed et per quadragesimam octauam huius h inter g et l: et l inter l et m erunt in geometrica medietate. sicq; patet effectum propositum.

52 **C**primam residuarum medietatum: in numeris constituere.

Hec a geometrica sumitur. Et sint a b c in geometrica medietate ita tamen ut c minimus sit maior q; dñia maiorum. substrahtq; igitur differentia maiorum ab c minimo et residuum sit d. dico b c d e in hac prima collateralium medietatum pstitutos. nā quia a b c sunt in geometrica medietate pstituti: ideo que pportio a ad b: ea est p vicesimam huius differentie maiorum ad differentiam minorum. sed differentia a ad b est eadem differentia c ad d. igitur differentia c ad d minorum ad differentiam b ad c maiorum sicut a ad b. quare sicut b ad c maximi ad medium. per diffinitionem itaq; patet ppositum.

53 **C**secunde inventionem declarare.

Sint ut prius a b c in geometrica medietate quoq; differentiam minorum addo ad a. et ppositus sit d. dico d ad b esse in secunda reliqua medietate. nam per vicesimam huius que pportio a ad b ea erit differentia maiorum ad differentiam minorum numerorum in geometrica medietate pstitutorum. et eadem est pportio differentie a ad b ad differentiam a ad d. igitur per diffinitionem cocluditur propositum.

54 **C**tertiam carudem in numeris assignare.

Hec etiam habetur p geometricam medietatem. sint ergo precedetum hypothesis et maiorum differentia dematur ab b medio: isteq; residuum d. dico b/c/d esse in tertia medietate. nam que differentia a ad b: ea est b ad d. igitur que pportio differentie a ad b ad differentiam b ad c ea est differentia c ad d ad differentiam b ad c. quare que pportio b maximi ad c medium: ea est differentie b ad d extremonum ad dñiam b ad c maiorum. cōstat igitur p diffinitionem b c d e in pposita medietate. qd est ppositum.

55 **C**quartam in terminis manifestare.

Sint a b quilibet duo numeri: et cōpositus ex ipsis sit c. dico c/a/b e tres terios in hac quarta medietate datos. qz enī dñia c et b extremon: est a. et dñia c a maiorum: est b. q; que pportio a ad b mediis ad minimum: ea erit dñia extremon ad dñiam maiorum. per diffinitionem itaq; cōstat factum esse ppositum.

56 **C**quinte demonstrationem explicare.

Hec a geometrica medietate elicetur. Sint igitur ut prius a b c tres numeri in geometrica medietate quoq; c minimo addo differentiam maiorum: et cōpositus sit d. dico d b c esse in pposita medietate. nam differentia d c extremonum est differentia a ad b: igitur adiuuante vicesima huius que pportio b ad c mediis ad minimum: ea erit differentia d ad c extremonum ad differentiam b ad c minorum. Itaq; per diffinitionem demonstratum est propositum.

57 **C**sextam sub exemplo demonstrare.

Hec ex harmonica cognosci potest. Sint a b c in harmonica medietate: p diffinitionem que pportio a ad c ea est dñia maiorum ad dñiam minorum. capio numerum d inter a et c: cuius dñia sit ad a que b ad c. erunt itaq; transmurate differentie. quia que differentia a ad b maiorum: ea est d ad c minorum. et que b ad c minorum: ea erit a ad d maiorum. dico itaq; a d c esse qui perfutur. nam que pportio a ad c extremon: ea est differentia d c minorum ad differentiam a d maiorum. per diffinitionem igitur patet effectum esse ppositum. Quod si capite secundi sue arithmeticæ diuus Seuerinus testatur huic medietati quam suo ordine quartam ponit proprium esse: qd cōtinetur sub matore terio et medio duplum sit ei quod

d	12
s b	4 c
e	2 f
h	12 k
m	9

24
16
12
8
6
4
3
2
1

f	—
a	189
v	211
b	169
e	91
c	49
g	—
h	—
k	—
l	—
m	—

a	9	b	6
b	6	c	4
c	4	d	1

a	9	d	11
b	6	a	9
c	4	b	6

b	6	a	9
c	4	b	6
d	3	c	4

b	3	a	4
a	4	b	3

b	7	a	9
b	6	b	6
c	4	c	4

a	6	a	6
d	5	b	4
c	3	c	—

cōtinetur sub medio et parvissimo: hoc indubitatū est per septimam secūdū quoties maximū ad mīnū est habitudo dupla/ alioquin per eandem non teneat sed per eandem semper que p̄portio maximū ad mīnū ea erit eius quod cōtinetur sub maximo et medio ad id q̄b continetur sub medio et mīno/ imo id omni medietati cōmune est.

Septime terminos inuestigare.

a — 9	a — 9
d — 7	b — 6
b — 6	c — 4

58

Hec ex geometrica. Sint ab c tres numeri in geometrica medietate ab a maximo eoz substrahō differentiam minorum et sit residuum d. et patebit ut prius que p̄portio a ad b maximū ad mīnū: eam esse differentie extremoz ad differentiam maiorum. quare per diffinitionem constabit propositum.

Octauam demum restat explatiare.

a — 9	a — 9
d — 8	b — 6
b — 6	c — 4

59

Hec etiam ex geometrica. Sint sepius dati numeri a/b/c in geometrica medietate: et minorū differentia addatur medio: siatq; compositus d. dico a/b/d esse in hac vltia medietate. nam que p̄portio a ad b maximū ad mīnū: ea est adiuuāte viceversa huius differentiā a ad b extremoz ad differentiam d/b/minorū: nem equatur differentia b ad c. igitur per diffinitionem a/d/b sunt in hac medietate. sicutq; constant octo collaterales medietates monstrate.

Trium numerorum maximi ad medium: atq; differentie maximi ad minimum ad differentiam mediū ad ipm: eandem esse proportionem impossibile est.

a — 8	d — 6
b — 4	e — 2
c — 2	

Sint a/b/c tres diversi numeri quicq;: quo a sit maximus/b medius/et c mīnus: et differentia a ad c sit d. et differentia b ad c sit e. dico impossibile esse eandem p̄portionē a ad b maximū ad mediū que d ad e differentie maximi et minimi ad differentiam mediū ad mīnū. nam si ea p̄portio sit a ad b que d ad e totius scz ad totum que detracti ad detracti: erit e residui ad c residui: que a ad b totius ad totum. est enim ex virtutibz residuum. quare a et b idem sunt numerus atq; equales. quod est contra hypothesis.

Si inter duos numeros sumatur tres metū: unus fm arithmeticam medietatem: et unus fm geometricam: et tertius fm harmonicam: arithmeticum maximum: et harmonicum minimum: atq; inter illos geometricum medium esse p̄portionalis est necesse.

a — 20	d — 40
b — 25	
c — 20	
b — 8	e — 16
c — 5	f — 10

61

Sit a ad c p̄portio quecūq; que potest in duo equa dividī. vt exempli causa quadrupla inter cuius extrema per tricesimānonam huius sit inuentus b in harmonicā medietate duplo a b et c et p̄ueniant d/e/ qui p̄silliter erit in eadem medietate. et quia per septimam secūdū d ad f vi a ad c ret a ad c posita est partibus in duas equas p̄portiones: partitur etiam d ad f in duas. dividatur igitur per g. erit igitur d ad g vt g ad f. quare g per diffinitionem medium est geometricus inter d et f. et quia f et d sunt pares: ipsi si mul iunctorum capie medietatem que sit h: que per quintam huius est in arithmeticā medietate inter d et f. habemus igitur inter duos numeros d et f tres medios h g et f: h in arithmeticā medietate/ g in geometricā/ et f in harmonicā demēstratos. qd supponebat p̄positio. dico igitur d esse maximum mediorum: et c mīnū: et g medium p̄portionaliter atq; geometricum inter h et e. ne in qua h est meius inf d et f fm arithmeticā medietatē et fm harmonicā: ergo p̄ quadragesimāprimaz huius h maior est q̄ e. et que p̄portio d ad h ea est et ad f. igitur per vicēsimāquintam secūdū qd sit ex d in f: equū est ei qui sit ex h in e. sed quia g est meius p̄portionalis inter d et f: igitur per vicēsimāsextam eiusdem quod sit ex d in f: equū est ei qui sit ex g in e. quare quod sit ex g in e inī est q̄tū m quod ex h in e. igitur per secūdam partem eiusdem vicēsimēxte secundi h g et f sunt proportionalēs. quare h erit maximus: g medius proportionalis: et c mīnū. quod intendebat p̄positio.

Duos numeros quoq; p̄portio non sit data proportionē maior / inuestigare: inter quos fm tres dictas medietates medias assignare sit possibile.

Watam proportionem quācūq; dividamus per sexagesimānonam noni in quotlibet p̄portiones: quāp; due sint equales: que p̄solite nō sint data proportionē maior. fm igitur illam p̄portiōdem p̄solitam quero medium harmonicum fm exigentiam tricesimēnōe huius et oīno consimiliter operādo vt in principio precedēt factum est inueniam tres medios modo qui in precedēt dictus est. inter duos numeros quoq; p̄portio non erit data proportionē maior. sicutq; constabit propositum.

Decimi elementorum arithmeticēs Jordani finis.

40

**Jacobi Fabri Stapulensis Elementa Musicalia ad clarissimum virum
Nicolaum de Haueville inquisitorum Presidem.**

Ereuerā clarissime vir nulli meas elementorum musicalium qualescunq; sunt prius dicare vigilias: q; probatas cognouisse. Quis id me mīme lateret / demonstrationes: in quibus vel solis vis scientie cōsistit: nō probari non potuisse. Ceterū si presentiū iudicia parui ducis / reputasq; hi tibi ex antiquis sumopere musicos cōmendare labores iure valebunt.

Mercurius	Zamyras	Ptolomeus
Orpheus	Ibysmenias Thebanus	Eubolides
Pythagoras Samius	Terpander lesbicus	Hippasus
Amphion thebanus	Lycaon Samius	Aristoxenus
Linus	Prophrastus Periotes	Philolaus Pythagoricus.
Arion lesbicus	Estiacus Colophonius.	Archytas tarentinus
Abydas Phrygicus	Tymotheus milesius	Albinus
Gorebus lydius	Nicomachus	Diuus Scuerin Boecius.
Hyagnis Phryx	Plato	
Abarcas	Aristotles.	

Et similiū q; plurimi quos oēs eterna memoria disciplinarū eblāditissima Musica reddidit īsignes inter quos: duos p̄ceptores meos Jacobū Labiniū & Jacobū turbe linū ā numero: tanq; ea arte posteritati victuros. Lomēdant & eā mirifici eius effectū. Pythagorici enī animoz ferociā tubis / fidibusq; emollicabant. Esclepiades fremētis vulgi seditiones crebro cantu compescuit. Idēq; tuba surdis medebatur. Damon pythagoricus ebrios et prōinde petulātes adolescentes: grauiorib; modulis ad tēperantiam reduxit. Febrē / vulnera: musica modulatione curauit antiq;as. Eadē quoq; suavitate schias / cōpendiūq; dolores emēdauit: qd̄ hysmenias thebanus tētasse memoratur. Theophrastus ad animi perturbationes moderandas musicos adhuc suis memorat modulos. Nec iniuria quidē. est enī musica ut quedā moderationis lex atq; regula. Quamobrē bono iure eos ridebat diogenes musicos: qui cū citharā ad harmonicos cōsensus haberent temperatā: animū gererent incōpositū et prorsus harmonia vite destitutū. Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberauit. Tales Cretensis suavitate cithare: morbos / pestilentiaq; fugauit. Terpander et arion zones & lesbios cantu a grauissimis morbis leuasse: diuus Scuerinus autor est. Herophilus medicus egrorum venas musicis pensiculabat numeris. Tymotheus aut̄ musicus dum voluit eferatū reddidit alex: ndrū ad armaz furentē atq; aliter cū libuit ab armis ad cōiuia retraxit emollitū. Thracius Orpheus feraz sensus fidibus / cātuq; inflexit. hoc est ferinos hoīm mores leges ad citharā canendo ad moderatā humanitatē reduxit. Ceteri fistulis capiūtur studioq; modulationū detinentur. Cygni hyperboei cithare cātibus alliciuntur. Elephātes indi organica dulce dñe permulcētur. Auicule fistulis irretiuntur. Teneros adhuc infantū sensus permutant cātus / crepitaculaq; vagientū sedāt. Delphinos suis sibi fidibus cōciliauit arion Serpētes cātibus rūpuntur. Sepulcrorū manes cantibus excitātur. In actiaco littore mare citharā personare memorātur. Aegaris citharā personat saxū: et ad cuiuslibet pulsantis ictum fidicinat. Et possem pleraq; talia vir clarissime ad musicā cōmendationē adducere. at tot / tantisq; & recentiū & paucisq; cōmendatā autoritatibus tibi nūc ab me atq; bonarū litteraz studiis dicata disciplinā: equo suscipias animo tuis auspi ciis lucem habiturā. Et me vnum inter tuos cliētulos tuarum virtutū / tuiq; nominis obseruatorēm esse cognoscito. Glale.

C Jacobus Stapulensis Jacobo Labinio et Jacobo Turbelino Abusicis suis
charissimis preceptoribus.

Tlod inter oratores atque rhetora: id inter cantorem et musicum interesse volunt: neque oratorem quemque dici mereri qui idem rhetor non sit. ita vestrum semper iudicium fuit: ut ne cantor quidem dici mercatur unde: qui idem musicus non fuerit: pulchre mimos/ et hystriones a cantorum honesto cetero se questrates tanquam Epicureos a sobria mensa/ castoque philosophorum dogmate. nec iniuria nam Homerus diuinus Poeta ubique doctum et scripsit modulatum introducit cantorem ut apud Odysseam ubi Penelope Phemius fidicinam ad neruos verba mouetem his verbis allocutam effingit.

Preterea illachrimans diuum est affata canentem
Phemius multa tenes hominum mulcentia pectus
Facta hominum atque deum: et que laude autoribus addunt.
Ex iis pange aliquid.

Et quales Homerus probat: vos minime tales esse dubito ut qui duduimus a vobis prisa musicas rudimenta percepimus. Quapropter ad vos nostros labores examinandos committo. quos eo libenter me suscepisse fateor: quo musicali scientiam neque apud grecos neque latinos quidem unquam elementis traditam esse legeri: at introductiones quamplurimas inter quas ea omnia nobilissima est quam diuus Seuerinus Boecius sui monumenti reliquit. quem unum in hac re presertim delegi meorum studiorum ducere. Si ergo probaueritis satis michi est. In re enim nostra malumus aliorum iudicia sequi: quod proprae probare. *Valete.*

Antiqui qui de musica scripserunt

In signes ex recentioribus
qui de eadem scripsere.

Democritus	Plato	Albinus
Heracleides ponticus	Aristotles	Diuis Seuerinus
Thimotheus milesius	Theophrastus	Basilius
Philolaus Pythagoricus	Aichomacus	Hylarius
Architas tarentinus	Aristoxenus	Augustinus
Duo Theodori	Ptolomeus	Ambrosius
Xanthus atheniensis		Gelasius.

Argumentum quattuor librorum musicarum.

C Primus liber inter ualla musicis modulationibus accommoda discutit. multiplex: duplex/triplex/quadruplex.superparticulare: sesqualterus/sesquitertius/sesquioctauus/bis sesquioctauus/ter sesquioctauus/quater sesquioctauus/quinq[ue]st sexies sesquioctauus
C Secundus de tono/integro toni dimidio/semitonio minore/semitonio maiore/comate/schismate/ atque dia schismate.

C Tertius de sesquintono/ditono diatessarum/diapente/diapente et tono/diapason/diapason et trisemitonio/diapason et ditono/diapason et diatessarum/diapason et diapente/diapason diapente et tono/disdiapason/ac integro toni et consonantiarum oim dimidio. Et de maximarum harmoniarum consonantias: et quarundam medictatum.

C Quartus de monochordo/tetrachordo/pentachordo/heptachordo/octochordo/pentadecachordo/diatonicis/chromaticis/enharmonicis melodiis. Et de melodiarum modis. et hec sub breuitate contracta: argumentum libri sunt.

CJacobi Fabri Stapulensis Elementorum musicalium
ad clarissimum virum Nicolaum de haucuille presi-
dente parisensem liber primus.

Interuallum est soni grauis / acutiqz spaciorum habitudo.

Spacium vocamus nruum / chordam / expiratum aerem / et quid-
quid simile est: a quo sonum elicimus.

Multiplex interuallum est quoties maius spaciū continet minus
pluries. vt bis: et duplex interuallum dicitur. vt tertio: et dicitur
triplex. vt quarto et quadruplex nuncupat. et hoc pacto deinceps
Interuallum superparticulare est cum maius continet minus: et

partem eius aliquam.

Pars est que metitur totum: ipsum aliquoties sumpta restituens.

Si maius continet minus et eiusdem dimidium: sesqualterū nominatur interuallum.

Si maius continet minus et minoris partem tertiam: dicitur sesquiterium.

Si vero continet minus et eiusdem minoris partem octauā: epogdoum / sesquioctauūqz
nominatur. Et ita reliqua superparticularia interualla: per facile est diffinire: sed parū
musico conducunt proposito.

Superpartiens autem diceretur interuallum: si maius contineret minus et minoris
partes aliquot: que partē vnam non efficiunt.

Fumeri sunt adiuicem primi: quos sola metitur vnitatis.

Dignitates.

1 Quidmetitur alterum: metitur et omne mensuratum ab illo.

2 Compositum in ea resolutur simplicia: ex quibus componitur.

3 Cuiuslibet numeri pars est vnitatis: ab eo denominata.

4 Unitas in quemcunqz numerum ducta: ipsum producit.

5 Quidmetitur detractum et residuum: metitur et totum.

6 Quaecunqz vni et eidem equa sunt: et ea inter se sunt equa.

7 Et que inter se sunt equa: eiusdem sunt eque multiplicia aut submultiplicia.

8 Eorum quorum tota sunt equa: et dimidia sunt equa.

9 Quidmetitur bis auctum aliquid transcendit: id ultra illius dimidiū esse necesse est.

10 Et quod duplicatum non implet integrum: id profecto non continet dimidium.

11 Omne totum est maius sua parte.

C Petitiones.

1 Data equali chorda: que spaciū proportio est: eam esse et soni ad sonum.

2 Inter numeros sola vnitate distantes: nullum intercipi posse medium.

3 Spacium quodlibet in quolibet equas partes diuidere.

4 Totum ad suam partem / et laxius ad se tensum: grauiorem sonum edere.

5 Omnem proportionem esse tanqz numeri ad numerum.

6 Si numerus numerū datum multiplicet: idēqz productū diuidat: numerū datū redire.

7 Si numerū datū numerū diuidat: et qd puenit rursus multiplicet: numerū datū redire.

8 Extremorū proportionē ex mediorū proportionibz vt suis partibus esse composita.

Extremi ordinatarū proportionū: maximus/minimusqz terminus intelliguntur.

CSciētia subalternata qualis ad Arithmeticā Musica est: principiis et demonstrationis scientie prioris
subalternatisqz vtitur. at studiuimus vt q fieri potest rarissime id in hac disciplina fiat. verum plerūqz
vbi oportuni videbitur alto q in arithmeticis factū est vtemur demonstrandi mō: quo singula magis
ex propriis facta videantur. Quis arithmeticō suffragio atqz iis que in arithmeticis monstrata sunt ea
dem prōptius facilusqz fierent: attamen quando id fieri et quando nō sequentibus demonstrationibus
cūlibet per q perspicuum euadere poterit.

CSi interuallum multiplex binario multiplicetur: id quod fit ex hac multiplicatione interuallum multiplex est.

d	e	c	
16	8	4	Multiplex ex duplatione.
4	2		Multiplex interuallum.
2	B		

CInteruallum binario multiplicare: est interualli habitudinem duplare que quo pacto duplāda sit dudum tertia propositione quinti Arithmetices notum esse potest. vt si a b sit interuallum quodcūq; quod binario multiplicare iubeamur: ipsum per tertiam quinti multiplicabimus si ducimur a in se et b in se proueniantq; d c erit productorum d et c duplex interuallum interuallo producentiū a b. Q; si rursus ducimur a in b proueniantq; productum et erit per sextam quarti que propozitio d ad e ea dem e ad c et interuallum d c in duo equa partitum. Sed esto nunc ut interuallum a b sit multiplex quēadmodum proponit propositio quod modo pauloante dicto binario multiplicetur: sicut duplum d et ea propozitio d ad e et ad c: dico interuallū d ad c esse multiplex. Nam cum a ad c multiplex sit interuallum cum geminatur manifestum est multiplex addi multiplici quare per vice simā secundam noni Arithmetices statim notum est interuallum compositum multiplex esse. et propositū. Sed idem aliter hic demonstratur. Quoniam enim quod propozitio a ad b ea est d ad e et ad c. nam utrāq; proportionis duplate a ab b metieras. Proportio autē a ad b posita est multiplex: igitur et propozitio d ad e multiplex est. meritis igitur per diffinitionē multiplicitis: e ipsum d vel bis vel ter vel deinceps. Et eodē quoq; ure c toties metitur ipsum e. quare et c per primū communē conceptū etiam metitur ipsum a. Quicquid enim alterū metitur: metitur et omne quod mensuratū est ab illo. est itaq; per diffinitionē interuallum a c multiplex. quod erat ostendendum.

CSi fuerint termini proportionaliter constituti: cum primus fuerit ultimum comparatus si primus ultimum fuerit mensus: metietur et secundum.

2	4	8	1	2	4		A b c tres termini propo-
a	b	c	d	e	f		nales quorū a numerat b.

CTamen si hanc decimatertia quarti demōstret sufficienter: eam tamen aplius hoc in loco volumus manifestare. Sint enim a b c termini proportionabiliter constituti et a numeret c: dico idem a numerare b. capio enim d e terminos in ea proportionē minimos. Quoniam enim d ad e ut a ad b: et e ad f ut b ad c. igitur per eam proportionalitatē quam vicesimā prima secundi Arithmetices monstrat d ad f ut a ad c. sed a per hypothesim metitur c: igitur e d metietur f. At quia d e f positi sunt in sua proportionē minimi. ergo per quintam quarti d et f sunt adiuvicem primi. Et cum d seipsum metiat pariter et f per diffinitionē d est vñitas. At vero cum vñitas sit omnis numeri pars: d ergo metietur e. Et cum a ad b vt d ad e: metietur igitur a ipsum b secundū terminum: quod erat cognoscendum atq; propositū.

CSi interuallum binario multiplicatū: multiplex effecerit interuallum: ipsum quoq; multiplex erit.

2	4	8		A b interuallum binario multiplicatū
a	b	c		multiplex efficiens.

CHec est conuersa prime: cuius hec est ratio. Nam cum interuallum compositū multiplex sit et per secundam cōmūnē scientiam resoluatur in id interuallum ex eis multiplicitate creuit siquidē compositū omnē: ea simplicia dissoluitur ex quib; coalitū: concretū: compositūq; esse cognoscit̄ per sexagesimā noni interuallum simplex multiplex erit. At id idem aliter ostenditur. Nam si a b c geminatum interuallū sit multiplex sic vt c multiplex sit ad a et ea propozitio a ad b vt b ad c: quoniam c ad a erit multiplex: a per diffinitionē metietur ipsum c. quare et per precedentem a metietur ipsum b. est igitur interuallum simplex b ad a per diffinitionē multiplex. et propositū.

4. **C**Si terminorū interualli primus ad secundū comparatus sc̄e ut tertius ad quartū habuerit: quo proportionaliter medū primo et secundo: totidem tertio et quarto interuenire necesse est.

E medium proportionale inter d et f tertium et quartum ut b inter primū et secundū.

27	18	12		18	12	8		9	6	4		2
B	b	c		d	e	f		g	h	k		1

Chanc duodecima quarti monstrat cuius adhuc hic ut ad sequentia momentum habens: cognitio promptior habeatur: repetitur demonstratio.

Csit a cuiuscunq; interualli primus terminus ad c secundū vt d tertius ad f quartus sit b medius proportionaliter constitut⁹ inter a et c. dico etiam inter d et f interuenire vnum proportionalis mediū. Capiō enī per sextam quarti g h lz tres minimos secundū proportionē a ad b et argumentor ex vice simaprima secundi per eam proportionalitatē g ad h vt a ad b et h ad lz vt b ad c. igitur g ad lz vt a ad c. quare et vt d ad f. at si d et f sunt idem termini cū g lz manifestum iam est inter d et f interuenire vnu proportionaliter mediū. Sin minus: ergo per vicesimā tertij Arithmeticas g et lz metetetur d et f equaliter sicut id secundū l. duco ergo l m g h et lz et proueniant d et f per septimam secundi d ad e vt g ad h et e ad f vt h ad lz. quare e interuenit proportionaliter mediū terminis d et f: qd erat mōstrandū.

5. **C**Superparticularis interualli medius numerus: nō vnu neq; plures proportionaliter interuenient.

Quod proportio superparticularis: in duo equa diuidi non possit.

27	18							Ac spacium superparticulare.			
B	b	c.	d	e	g	f		Def tres minimi proportionis a ad b.			

Chanc intelligimus: nullum superparticulare interuallum in duas aut plures interuallorum habitudines proportiones secabile esse. quod demonstratione proxime subluncta per h̄ facile liquerit;

Csit a c interualli superparticulare quod diuidatur in duo equalium habitudinū spacia a b et b c certis cōstitutisq; numeris si possibile est. sitq; iccirco vt a ad b ita b ad c. capio per sextā quarti arithmeticas d et f tres minimos continue proportionales in proportionē a ad b. et qd ad e vt a ad b et e ad f vt b ad c. ergo per eam proportionalitatē d ad f vt a ad c. atqui a ad c positū est superparticulare interuallū: igitur et ad f est superparticulare. Atvero quoniam d et f sunt illius habitudinis minimi termini: igitur d et f primū et ultimum per primā quarti sunt adiunctū primi. At cū d mōstrarus sit superparticulare ad f: per diffinitionē d continet f et eius partem que ideo per diffinitionē metitur f. Et si ea pars sit numerus cum ea etiam per cōmūnem conceptū metiatūr d: metietur enim se partem de tractam et residuū quod equū est f. non erūt ergo d et f adiunctū primi cuius oppositū tam monstratum est et impossibile. erit ergo ea pars vñitas. Tunc addo vnitatem ipsi f et fiat g: vt g et f solius vñitatis discrimine distent mox argumentor ad f vt g ad f. sed inker d et f positū est vnu interuenire medius igitur per precedentē et inter g et f numeros sola vnitate distantes interuenit intercipiturq; aliquis numerus medius quod per secundā petitionem est impossibile. non igitur superparticularis interualli vnu medius interuenit numerus. neq; quoq; eodem argumēto interueniēt plures. Et hāc etiam demōstrat sexagesimā primā noni. Et ex hac quoq; cognoscitur reprehensionem demōstrationis Archite: qd nulla superparticularis in duo equa diuidi possit quam tertio institutionis musicæ capite undecimo videtur diui Seuerinus adducere nō tam esse diui Seuerini qd Michomachi aut alio: sū quis interpretatur elegantissime qui et simile in plerisq; tum Arithmetice tum Musicæ institutionis locis fecisse comperitur. Et non verentur quidā (pace omnī dixerim) eius libros perlustrare non vt sciant sed vt expurgant et canino more si quid hians subsultansq; appareat: altius dentem infigant/ mordeant et reprehendant et sanctū et venerabile philosophie nomen et suū conuictū lacerent: et quod aliorū vicium est si quod est diui Seuerini exclament errorem faciantq; aliorū criminē reūm. et cum nichil norint volunt litterarios duces insecrādo carpendo lanādo omnia scire videri: atq; supra Philosophicos vertices sese gloriabundos extollere faciuntq; quod est apud Comiciū ne intelligēto vt nichil intelligent quos idem statimvt maledicere definit ammonet malefacta ne cognoscant sua. Sed hec preter presentis negotiū officium. de Philosophis enī qui recte fuerint natura instituti vel absq; monitione semper recte cogitabunt qui enī secus faciunt ab eorum se segregant consortio et vt Philosophi quales se videri volunt non amplius esse cognoscantur necesse est.

CSi interuallum non multiplex binario multiplicetur: id quod sit ex hac multiplicatione neq; multiplex est/neq; superparticulare.

9	6	4	A c interuallum neq; multiplex neq; superparticulare.
A	b	c	A c duplatum interuallum a b qd quidem est non multiplex.

CSit interuallū non multiplex a b: et duplum sit a c. ita vt ea sit proportio a ad b & b ad c. dico interuallū a c neq; multiplex esse neq; superparticulare. quoniā si a c p̄mo ponatur multiplex: ergo per tertia presentis et a b interuallū erit multiplex at positum est nō multiplex. Et si secundo dixeris a c esse interuallū superparticulare cū sit a ad b vt b ad c erit interuallū superparticularis medius proportionalis terminus quod per precedentē est impossibile. est itaq; notum si interuallū nō multiplex binario multiplicetur compositum interuallum minime aut multiplex aut superparticulare esse. et propositum.

CSi iteruallum binario multiplicetur: atq; id quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex non sit: ipsum quoq; non erit multiplex.

CHec est conuersa precedentis. Sit ergo superioris propositionis figura in qua interuallū a c proveniat ex duplatione habitudinis interualli a b et nō sit a c interuallum multiplex. dico itidem interuallū a b nō esse multiplex. Nam si a b interuallū multiplex est: cū a c per hypothesim ex interuallo a b binario multiplicato surget: ergo per primā presentis interuallū a c multiplex erit. at positū est nō multiplex: ergo si interuallū non multiplex ex aliquo interualli binario multiplicatione nascat neq; ipsum quoq; ex cuius multiplicatione ortū est multiplex erit: qd erat monstrandum.

CA numero partū superparticularis interualli que in vnum adacte totum restituūt et numero uno maiore: quot interualli maiores termini simul: minoribus simul acceptis respondeant: cognoscuntur.

A	3	4	5	6	7	8	9
B	2	3	4	5	6	7	8
C	2	3	4	5	6	7	8
D	3	4	5	6	7	8	9

CSit a ad b interuallū superparticulare manifestū est per diffinitionē superparticularis a cōtinere b et vnam partū b. ea igitur pars secundū numerum c: constitutat suum totū b: et sit d numerus uno maior c: dico a sumpta secundū numerum c equa esse b sumptis secūdum d. Nam a secundū c sumpta continent b secūdum c sumpta et insuper partes b sumptas secundū c. At qui positiū est eas secundū c constitutere vñ b. igitur a secundū c sumpta continent b sumpta secundū numerū uno maiorem c. At vero d positus est numerus uno maiore c. ergo a sumpta secundū c: continent b sumpta secundū d. quod erat monstrandum. **E**t si exemplarē requiriſ declarationē: si a ad b interuallū est ſequalterū: quoniā a ſequalterū est ad b. ergo a continent b & eius dimidiū: et duo dimidia per cōmune proloquitū suum totū redount. dico ergo duo a tantū eſt ſequum tria b: quoniā enim duo a continent duo b. et insuper duo dimidia b que vñ b restituunt: ergo duo a continent tria b / tribusq; euadunt equalia. Et si a ad b est ſequitūlū a continent totum b & tertiam partē b. at tres tertie b eque sunt vñ b. ergo ſuperiorē argumento tria a cōtinent quartuoz b/ quattuoroz euadunt equalia. Imo data quacūq; ſuperparticulari maiores termini ſecundū proportionis minorē numerū: equantur minoribus terminis ſecundū proportionis maiorē numerū sumptis. vt si a ad b sit ſequiūnta: quoniā minimi ſequiūntē sunt 5 & 5. idcirco quinq; a equi sunt ſex b. et in nō minimis quoniā 12 et 10 sunt termini ſequiūntē 10 & equantur 12 b. Et si a ad b sit ſequioctaua: quoniā minimi ſequioctaua sunt 9 et 8. idcirco 8 a tantū sunt ſequum nouem b. Et qz rursum 18 ad 16 ſequioctaua: ideo ſexdecim a equi sunt 18 b. et ita in ceteris. Sed si b nō modo particulariter sed & vniuersaliter contēplari cupis id vniuersaliter verū erit.

CData quacūq; proportione: maiores termini ſecundū numerū minorum sumptis: equi sunt minoribus ſecundū numerum maiorum sumptis.

A Suppi	3	4	5	6	7	8	9	Mlt	7	3	4	5	6	Supp	5	7	9	11
B culares	2	3	4	5	6	7	8	plices.	1	1	1	1	1	tētes.	3	4	5	6

Cat sit a ad b quecumque proportio et a maior terminus: b vero minor. dico a sumptis secundū b numerum minorem equos esse b sumptis secundū a numerū maiorem. Nam per octauam prīmi Arithmetices quod fit ex a in b: equum est ei quod fit ex b in a. Atvero quod fit ex a in b: sunt a sumptis secundū b: et quod fit ex b in a sunt b sumptis secundū a. igitur a sumptis secundū b equātur b sumptis secundū a et in quibuslibet aliis eadē est demonstratio et propositū.

10 **C**um aliquot maiorcs termini aliquot minoribus equi sunt: ea vnius maiorum ad vnum minorum reperitur pportio: que et numeri minorum collectorum ad maiorum collectorum numerum.

Che est cōversa pcedentis. Quoniam per precedētem minores collecti secundū numerū maiorum equi sunt maioribus secundū numerū minorū collectis. Sed numerus maiorū est vnum terminus maior et numerus minorū vnum terminus minor. ergo eadem est proportio vnius maiorū ad vnum minorū: que numeri minorū collector ad numerū maiorū collectorū. **E**t quāq̄ he due ultime conclusiones faciles sunt vslis tamē earum paulo latētor est. Per primā enim carū que nona est: habemus si numerus maior ad minorē sesqualter est: vlt̄ trium ad duo: duo maiores equi sunt tribus minoribus. Et si maior ad minorē sesquiterius vt 4 ad 3: tres maiores equi sunt quattuor minoribus. Et si maior sesquiquartus vt 5 ad 4: quattuor maiores equi sunt quinq̄ minoribus. Si vero maior sesqui octauus: octo maiores equi sunt nouē minoribus. et ita in cōsimilibus. In multiplicib⁹ aut si maior duplus est vt duoru ad vnum: vnius maior equus est duobus minorib⁹. Si triplus: vnius maior equus est tribus. Si quadruplus: vnius equus est quattuor. Si octuplus: vnius equat ad octo. In superpartientibus vero consimile est: vt si maior est superbiterius vt 5 ad 3: tres maiores equi sunt quinq̄ minoribus. Si supertriquartus vt 7 ad 4: quattuor maiores equi sunt septē minoribus. Si vero superoctuparties vt 17 ad 9: novem maiores equi sunt decem et septē minoribus. et hoc pacto in reliquis. **E**x vltima autem hanc in superparticularibus vtendī regulā elicimus. Si duo maiores equi sunt tribus minoribus quartuor ad sex: sex ad nouē: octo ad duodecim: vnius maior ad vnum minorē sesqualter est. Et si tres equi sunt ad quattuor: sex ad octo maior ad minorē est sesquiterius. Si quatuor maiores equi sunt quinq̄ minoribus: aut octo ad dece: vnius maior vnius minoris est sesquiquartus. Si vero octo maiores nouē minoribus sunt equi: vnius maiorū ad vnum minorū cognoscit sesquioctau. In multiplicib⁹ si vnius duobus: duo ad quattuor: tres ad sex equi sunt: maior minoris est duplus. Si vnius tribus: duo ad sex: vnius maior minoris est triplus. Si vnius ad quatuor: duo ad octo: vnius maiorū ad vnum minorū est quadruplus. Si vero vnius ad octo: duo ad sedecim: maior minoris est octuplus. In superpartientibus. si tres maiores equi sunt quinq̄ minoribus: aut sex ad dece: vnius maior ad minorē est superbiterius. Si quattuor maiores septē minoribus: maior minoris est suptriquartus. Si vero nouē equi sunt ad decem et septem: maior minoris est superoctuparties. Et in compositis numeris simile est. vt si duo a equi sunt quattuor b et dimidiū vnius: quēadmodum in duobus coniunctis sesqualteris. quoniam 4 et vnius dimidiū ad 2 duplū sunt et sesquiquartū: iccirco vnius a ad vnum b duplus est atq̄ sesquiquartus. Si tres a equi sunt ad quattuor b et tertīavnius: vt in duobus sesquertuis quoniam quinq̄ et tertia vnius cōtinent tres semel: duas tertias et vnam nonam: proinde vnius a continet b vnius duas eius tertias et vnam eius nonā. Si quatuor a equi sunt ad sex et quartā vnius: vt in duobus iunctio sesquiquartis: quoniam sex et quarta vnius cōtinet quattuor dimidiū: et decimam sextam ex quattuor: ideo vnius maior cōtinet minorē semel eius dimidiū et eius vnam decimā sextam. Si vero octo valent dece et octauam vnlus vt in duobus sesquioctauis: quoniam decem continent octo: et quartam: et octaua vnius ad octonos vna est seragesimaquarta: ideo vnius maiorū continet minorē semel eius quartā partem: et eius sexagesimā quartam. Et si cōpositionis series protensior euadit: vt si duo a equi sunt sex b medietati vnius et quarte vt in coniunctione trium sesqualterorū: quoniam sex cōtinent duos ter et dimidiū vnius est quarta pars duoru: et quarta pars vnius est octaua pars duorum. Iccirco vnius a triplices est b vnius insuper quartā atq̄ octauam partē b continens. Et si tres equi sunt ad septem et nonā vnius quod in tribus sesquertuis coniunctis euent: quoniam septem: bis continent tres: et trium tertia partem: et nona vnius ad tres est vicesimā septima. ideo vnius maiorū continet minorē semel eius tertiam et eius vicesimā septimam. Et si quattuor a equi sunt septē doranti vnius hoc est tribus quartis et insuper decimē sextē vntus: vt in coniunctione trium sesquiquartoz: quoniam septē cōtinent semel quattuor et tres quaternarij partes: et tres quarte vnius ad quattuor sunt tres decime sextē: et decimā extra vnius est ad quattuor vna sexagesimaquarta. iccirco vnius maior continet vnum minorē semel: et dorantē et tres decimā sextas atq̄ vnam sexagesimā quartā. Si vero octo equi sunt ad vndecim: tres octauas vnius vnam sexagesimā quartam: vt in tribus sesquioctauis iunctis: quā vndecim cōtinent semel octonariū et octonarij tres partes: et tres octauae vnius sunt ad octo tres sexagesimequarte. et vna sexagesimaquarta ad octo est vna quingētesima duodecima. hinc fit vt vnius maiorū cōtineat minorē semel: tres eius octauas: tres sexagesimas quarkas et vnam quingētesimā duodecimā. Et hec adiecimūs quo vslus harū duarum vltimaz in sequētibus patentior manifestiorē habeatur.

Duplex interuallū ex duobus maximis supparticularibus: sesqualtero atq; sesquiteruo coniungit.

6	4	3	A c duplex interuallum.
a	b	c	A b sesqualter, b c sequitertius.

Sint a b c interuallū: a quidem sesqualter ad b: b vero sesquiteruo ad c: dico a duplex esse qd c. Quoniam enim a sesqualter est ad b: ergo per octauā huius duo a equi sunt ad tres b. et rursus quia b sesquiteruo ad c: igitur per eandem tres b equi sunt quartuor c: et tres b positi sunt equi duobus a. duo igitur a equi sunt ad quattuor c. cum quecūq; vni eidemq; equalia sunt inter se sint et equalia. et quattuor numerus minorū collectorū duplex est duorum numeri scs collectoris maiorū. igitur per precedētē vnuis a duplex erit ad vnuis c. qd erat demonstrandum potest et hoc ultimū etiam demonstrari. Quid enī duo a equi sunt quattuor c: vnuis a per octauā proloquiū equis est duobus c. quop enī tota equa sunt et eorū quoq; dimidia sunt equa. At duo c dupli sunt vnius. igitur et vnuis a duobus c equis: duplex erit c vnuis quod fuisset monstrandum.

Ex dupli interuallo atq; sesqualtero: triplex nascitur interuallum.

6	3	2	A c triplex interuallum.
a	b	c	A b duplex inkuallū. b c sesqualterū.

Sint a b c interuallū: et a quidem ad b duplex et b ad c sesqualter. dico a eius quod est c triplicē esse quoniam enim a ad b duplex est: ergo a per definitionē continet b: igitur a equatur duobus b. et qd b sesqualter est ad c: igitur b continet c et eius partem dimidiā. ergo per octauam huius duo b equi sunt tribus c: et duo b equi erant vni a. igitur et tres c equi erunt vni a. tres autem triplex sunt vnius. igitur per decimā vnuis a triplex est vnuis c: quod erat demonstrandum.

Duo duplia interualla: quadruplex coniungunt interuallum.

4	2	1	A c duplex interuallum
a	b	c	A c geminatū duplex inkuallū

Sit a duplex ad b: et b duplex ad c. dico quoniam a quadruplex est ad c. Nam quia a duplex est ad b: igitur duo b equi sunt vni a. et rursus qd b duplex est ad c: igitur duo c equi sunt vni b. et si duo c equi sunt vni b: quattuor c equi erunt duobus b. at duo b positi sunt equi vni a: igitur et quartuor c equabuntur vni a. at quartuor quadruplex sunt vnius. igitur per decimam vnuis a quadruplex est vnuis c: quod erat ostendendum.

Terminū reperire: ad quē quotcūq; volumus: liceat supparticulares assignare.

9	8	6	A ad c sesqualter.
a	b	c	B ad c sesquiteruo

Sit propositū terminū reperire ad quem sesqualterū et sesquiteruo valeamus assignare. Capio duo et tria numeros denominates partes sesqualteri atq; sesquiterii: duo siquidē sesqualterū et tria sesquiteruo denomināt. et duco duo in tria: proueniatq; ductu illo c. manifestum est c habere partem dimidiā pariter et tertiam. iungo ad c partē eius dimidiā: et compositus sit a. et iterū ad c iungo partē eius tertia: et sit cōpositus b. quoniam enim a continet c et eius partem dimidiā: ergo per definitionē a ad c sesqualter est. et quoniam b continet c et eius partem tertia: b itidem ad c sesquiteruo. c igitur reperrus est terminus ad quē petiti supparticulares rite sunt assignati. et hac lege de quibuslibet esset operandū: vt si essent assignādi sesquioctauas et sesquinonis duc octo in nouē et surget termin⁹ octauam/nonāq; partem possidens: ad quē et sesquioctauas et sesquinonis rite assignaueris. et eodem quoq; pacto modo tres: modo qu attior aut quotquot libuerit ad eundem terminū assignabis.

640	600	576	540	480
a	b	c	d	

vt si ad eundē terminū peterentur assignari sesquiteruo: sesquiquartus: sesquiquintus: et sesquioctauas ducātur tria: quatuor: quinq; et octo in seiuice et proueniat e qui in circō habet in se tertia: quartam quintā et octauam. adiungo e suam tertia compositus sit a. et suam quartā et compositus sit b. suam quintā compositus sit c. suā deniq; octauā et positus sit d. dico demonstratione superiorē: quoniam ad e constituti sunt a b c d sesquiteruo: sesquiquartus: sesquiquintus: et sesquioctauas: quēadmodum prefiga monstrat formula.

15 **C**Si sesqualtero interuello sesquiterium demptum fuerit interuallum: erit qd relinquitur sesquioctauum.

9	8	6	A c sesqualter. B c sesquiterius.	
a	b	c	B ad b sesquioctauus.	

CSit c terminus ad quem p precedente assignati sunt a sesqualter: et b sesquiti. Ab a c sesqualtero subduco interuallum sesquitiuum b c relicto interuello a ad b quod dico esse sesquioctauum. qm enim a eius quod est c est sesqualter: a semel habet c et eius dimidiam partem. quare per octauam huius duo a equi sunt tribus c. et quatuor a sex c. et octo a ad duodecim c. Bursus qm b huius quod est c sesquiterius est. b igit habet in se c et eius tertiam partem. quo fit ut p eandem octauam tres b equi sint quatuor c. et sex b octo c et nouem b ad duodecim c. at octo a quidem equi erat ad duodecim c. igit octo a equi sunt ad nouem b. per decimam igit a pertinet b et eius octauam partem. estq a sesquioctauus ad b et ppositi.

16 **C**Interualli quarta et duodecima: vnam eius tertiarum restituunt.

CIllam quatuor interualli quartae: totu complēt inuallū. et duodecim eiusdem interualli duodecime: roti itidem cōplēt interuallū. quare quatuor quarte et duodecim duodecime adiuicē equātur. due igitur quarte sex duodecimis: et vna quarta tribus duodecimis sunt eque. quoꝝ enī tota equa sunt: et eoz dimidia. At quatuor duodecime: duodecim duodecimarii sunt vna tertia: qre et vna totius tertia cui quidem duodecim ille duodecime cognoscitur esse idem atq eque. vna igit totius quarta q tribus duodecimis equa esse mōstrata est et vna duodecima illi adiuncta: totius tertiam partem restituunt. Equātur enī vna tertia et vna duodecima quatuor duodecimis. qd erat demonstrandum. Et quis hec demonstratio sequētis gratia particlāter facta sit: possis tñ modo p̄simili monstrare oēm minorem cuiuscūs totius interualli partem: prime maiorem partem efficere: illi adiecta vna partium a nōero qui ex ductu denotionū vtriusq partium enascitur: denoīata. vt totius tertia pars minor est: et scha prime maior: et si duo in tria duxeris sunt sex: iccirco vna tertia atq vna sexta vnam restituūt scđam. Similiter quoq quarta et quinta partes sunt: prime maior atq minor: et si ducis quicq in quatuor surgunt viginti: proinde vna quinta vnavicesima: vnam quartam restituūt. et hoc pacto in sequētibus vt subiecta monstrat formula.

Tertia et sexta

vnam secundam efficiunt.

Quinta et viceima

vnam quartam.

Sexta et tricesima

vnam quintam.

Septima et quadragesima secunda

vnam sextam.

Octava et quinquagesima septima

vnam septimam.

Mona et septuagesima secunda

vnam octauam.

17 **C**Due proportiones sesquioctauae: minores sunt sesquiterio interuallo.

81	72	64		A c duo sesquioctauai consūti.
a	b	c	d	B ad sesquiteriu interuallū.

CContinua per sextam quarti Arithmetices duas sesquioctauas inter a et c: ita vt a sesquioctaua sit ad b: et b sesquioctauus ad c. et sit a ad d sesquiterium interuallū. dico a ad c minus cē interuallum: qd a ad d. Qm enī a sesquioctaua est ad b: ergo p octauam huius octo a equi sunt ad nouem b. sed et qz b etiam sesquioctauus est ad c: per eādem octo b tñ sunt atq nouem c. Et cum vnuus b equus sit vni c et octaua eius: ergo nouem b equi sunt decem c et octauavnius c. Atque nouem b mōstrati sunt equi esse octo a: igitur octo a equi sunt decem c et octaua vnius. at decem et octauavnius p̄tinet octo semel eius quartam et eius vna sexagesima quartā. ergo per decimā huius vnius a p̄tinet vnu c/vna eius quartā/ et vna sexagesima quartam: et vna quarta et vna sexagesima quarta per precedētem minus sunt vna tertia: cōplēt enī quarta et duodecima vna tertiam. duo igit sesquioctauai minus sunt vno sesquiterio interuallo. quod erat demonstrandum.

18 **C**Tres sesquioctauai: amplius sunt sesquiterio: minus aut sesqualtero interuallo.

729			512	B ad tres sesquioctauai consūti
a	b	c	d	

CSint a b c d tres consūti sesquioctauai: vt a ad b primus sit sesquioctauus b ad c secundus et c ad d tertius: dico primo a ad c amplius esse sesquiterio. Qm enī a ad b et b ad c duo sunt sesquioctauai: ergo per octauam huius octo a equi sunt decem c et octauavnius. Sed et cum c iterū ad d positus sit sesquioctauus: ergo p eādem octo c equi sunt nouem d: et nouem c equi decem d et octaua vnius et decem c equi vndeū d et duabus octauis. et cū octo octaua c p̄tineant nouem d: g per decimā huius vna octaua c continet octauam d et eius octauam partem: hoc est vnam sexagesima quartā. decem ergo c et vna octaua vnius equātur vndeū d/tribus octauis/ et vni sexagesima quarte. et per decimā vt vndeū res octauae et vna sexagesima quarta ad octo: ita a ad d. sed vndeū cōtinent octonos semel eoz

partes/tres octauas/et vna sexagesimaquartam vnius.ac tres octonori partes amplius sunt tertia eorum parte.Superat enim tres octonari partes:tertiam eiusdem partem triente vnius:hoc est tercia vnius parte.a fortiori igitur tres octonori partes/et tres octave vnius et vna sexagesimaquarta ita amplius sunt tertia octonorum parte.cotinent ergo undecim/tres octave vnius/et vna sexagesimaquarta:octo semel et amplius eorum parte tercia.quare et a continet d' et amplius tercia eius parte.est itaque a ad d' amplius sesquitercio intervallo.Scilicet dico a ad d' minorem esse sesqualterum intervallo.Ham undecim continent octo et tres octauas:deest ergo vna octava ad compleendas quattuor octauas:que sunt octonorum dimidium.Avero que superat:tres octave vnius/et vna sexagesimaquarta minus efficiunt dimidio vnius octave.quare et multo minus efficiunt vna octava.undecim ergo/et tres octave/et vna sexagesimaquarta vnius:continet octo semel et minus octonori dimidio.ergo per decimam huius et a continet d' semel et minus eius dimidio.est itaque interuallum a ad b minus sesqualterum intervallo.

CQuatuor sesquioctauis coniuncti:sesqualterum superant interuallum.

19

5561					4096	Ag quartuor sesqui-
a	b	c	d	e		octauis coniuncti.

Sint a b c d e quatuor distincti sesquioctauis:a ad b primus/b ad c secundus/c ad d tertius/et d ad e quartus:dico quoniam in intervallo a et amplius est sesqualterum intervallo.Ham ut in precedenti visum est octo a equi sunt undecim d/tribus octauis/et vna sexagesimaquarte vnius.et undecim d/tres octave vnius et vna sexagesimaquarta:equatur duodecim e/sex octauis/quatuor sexagesimis quartis/et vna quingentesima duodecime.ergo octo a equi sunt duodecim e/sex octauis/quatuor sexagesimis quartis/et vna quingentesima duodecime.Avero duodecim/sex octave/quatuo sexagesimaquarte et vna quingentesima duodecima:continet octo semel et amplius quam octonorum dimidium:quoniam continet octo semel et dimidium:et insup sex octave/quatuor sexagesimis quartis/et vna quingentesima duodecimam vnius.igitur per decimam huius a continet e semel et amplius quam eius dimidium.supat itaque a et in intervallo quatuor sesquioctauis distincti:sesqualterum interuallum.quod erat monstrandum.

CQuinq[ue] coniuncti sesquioctauis:minus dupli interuallo coniungunt.

20

Ham undecimam huius duplex interuallum ex duobus marinis sup particularibus:sesqualterum et sesquitercio distincti:at constitutis quinq[ue] sesquioctauis tres primi sesquioctauis:per decimam octauam huius minus sunt sesqualterum intervallo. et duo sequentes sesquioctauis qui vna cum tribus prioribus quinq[ue] continet:per decimam septimam huius minus sunt sesquitercio.coniungunt igitur quinq[ue] sesquioctauis minus dupli interuallo.

CSex proportiones sesquioctauis:maiores sunt uno dupli interuallo.

21

531441						262144	Ag sex sesqui-
a	b	c	d	e	f	g	octauis coniuncti.

6 ¶ Consonantia diatessaron: duobus tonis atq; semitonio minore constare necesse est. Unde facile comparatum est sesquitonum tono/ et ditonum semitonio minore citra diatessaron concētum deficere. Compertum item est consonantiam diatessaron quinq; dieses et duo commata continere.

Diatessarum consonantia				
B	c	d	e	b

¶ Sit a b et c b consonantia diatessaron. dico eam duobus tonis et semitonio minore constare. Nam cum a b et c b sit diatessaron: erit a b et c b per conversionem diffinitionis sesquitertiū. at cum semitoniu minus per diffinitionē sit id quo sesquitertia duobus tonis maior est. continet ergo a b et c b semitoniu minus et duos tonos. igitur consonantia diatessaron duobus tonis/ semitonioq; minore constat. Et prīmū correlariū hinc facile cognoscitur. Cum enim sesquitonus solum tonum et semitoniu minus continet: deest igitur ipsi ad consonantiam diatessaron complēdam per presentē vnum tonus. et cum ditonus solum duos cōpletatur tonos: deerit ipsi ad eandem complēdam semitoniu minus. Secundūvero hinc haud difficile perspicitur cognisi. Nam cum tonus per tricesimāteriam secūdi duas dieses et vnum comma cōtineat: duo toni quatuor dieses et duo cōtinebunt cōmata. at per presentē diatessaron consonantia duobus tonis vnam diestū superaddit. continet igitur consonantia diatessaron quinq; dieses atq; duo commata. quod est totum propositum.

CQuinq^z toni:duas diatessaron consonantias uno commate vincunt/cuaduntq^z maiores.

CPutauit Aristorenus musicus diatessaron consonantiam duobus tonis et integro semitonio constare. et proinde duas diatessaron consonantias: quinq^z tonos iplere. cuius error ex tertio musices dicitur Seuerini boecij et ex hac r^eprecedētem facile cōuincitur. Nam per precedētem consonantia diatessaron nō ex duobus tonis et semitonio integro constat: verū ex duobus tonis et semitonio minore. quod ex vicesimaprima secūdi inter sesquioctauā decimam et sesquinonā decimā proportionē collocatur. integrum autē semitoniuū per decimā quartam eiusdem: inter sesquisextā decimā et sesquiseptimā decimā collocaretur. diminutius est ergo semitoniuū minus integro semitonio. Quia ergo ut per precedētem dictū est: consonantia diatessaron duos tonos et semitoniuū minus cōtinet: due igitur diatessaron consonantie cōtinebunt tonos quatuor et duo semitonia minora. et q^r per tricēsimā tertiam secūdi tonus cōtinet duo semitonia minora et vnum cōma. ergo due diatessaron consonantie quinq^z tonos uno commate minus: cōtinent. quinq^z igitur toni: duas diatessaron consonantias uno cōmate vincūt atq^r euadunt maiores. quod intēdebatur.

CConsonantia diapente: in assignato neruo constituere.

3	2	1	Consonantia diapete.
B	c	d	b

CSit assignatus numerus ab supra quē iussum sit consonantia diapente collocari: dividido a b in tres adiuvicē equas partes per notas a c d b: ita vt a b trēs cōtineat et c b earum contineat duas. erit per diffinitionē a b ad c b hemiolii/ sesqualterius intervallū. sed cum consonantia diapete: per diffinitionē ex ea intervalli ratione nascat. ergo a b ad c b cōsonabit diapete. eritq^r a b ad c b in data chorda assignatoue neruo consonantia diapete collocata.

CTres toni: consonantia diapente minus sunt. et quattuor eandem consonantiam transcedunt.

CEtsi ex quinta huius satis cognoscak tritonuū nō posse efficere diapete consonantia: hec etiā ostēdit tritonum diapete consonantia esse minorem. Nam per decimā octauā primi huius tres sesquioctauī minus sunt sesqualtero interallo. et per decimā nonam eiusdē quartuor sesquioctauī sesqualterum superāt intervallū. consonantia autē diapete in sesqualtero sita est. ergo tres toni in tribus sesquioctauis constituti: minus sunt consonantia diapente. et quartuor toni in quartuor placentes sesquioctauis eadem consonantiam magnitudine transcedunt: quod est totum propositum.

CConsonantia diapente: tribus tonis/ semitonioq^z minore constat. Quo fit vt a diapente subducto tono: diatessaron consonantia relinquatur. subducta autē diatessaron consonantia: relinquatur et tonus.

CNam per decimā quintam primi si a sesqualtero internallo sesquitertiū demptū fuerit: relinquet sesquioctauum. sed vt in demonstratione sexte huius visum est: sesquitertiū continet duos tonos cum semitonio minore. ergo consonantia diapente sesquioctauī hoc est tonum ultra duos tonos cum semitonio minore continens: tribus tonis et semitonio minore constabit quemadmodum propositum est. Correlariū cognoscitur. Nam diapente per presentem continet tres tonos cum semitonio minore. at substracto tono restauī sunt duo toni: atq^r semitoniuū minus. et per sextam huius duo toni cū semitonio minore constituent consonantiam diatessaron. substracto igitur tono a consonantia diapente: relinquetur diatessaron. sed et cum diapete constet ex tribus tonis cum semitonio minore: substracta ergo diatessaron consonantia que duobus tonis et semitonio minore completerur: relinquet quēadmodum secunda pars correlariū proponte: tonus. quod est totum correlarium.

CDiapente consonantia: minus octo semitonius minoribus continet.

CNam cum tonus vnuus duo semitonia minora et vnum cōma cōtineat: tres toni et vnum semitoniuū minus septem semitonia minora et tria commata cōtinebunt. ac tria commata per tricēsimā quintam secundi huius semitonio minore sunt contractiora. ergo diapente que per precedētem tribus tonis et semitonio minore constat: minus octo semitonius minoribus cōtinebit. sed quēadmodum facile monstratum est diapente consonantiam nōdūm octauām attingere semitoniuū minus/octauāq^z diesim: ita quoq^r facile monstratu esset: eandem consonantiam nōdūm septimām attingere apotomē.

CDiapente consonantia: ditono/ sesquitonioq^z coniungitur.

CNam diapente per penultimā tribus tonis et semitonio minore constat. et ditonus et sesquitonius simul tres tonos et semitoniuū minus efficiunt. igitur ditonus atq^r sesquitonius pariter copulati consonantiam diapente iungunt: quod intendit.

CConsonantiarū diapente et diatessaron: tonus differentia est. quo fit vt diatessaron consonantia adiuncto tono: consonantiam diapente restituat.

Chōferētia hīc vocat ea p̄portio qua maior superat minorē. Nam p̄ correlariū decime hulus sub ducto tono a cōsonantia diapente relinquit consonātia diatessaron. solo igitur tono consonantia diapente cōsonantia diatessaron est maior. est igitur per diffinitionē harum cōsonantiarū tonus dīa. et correlariū statim ex propositione notum est.

Bis diatessaron: sesquitone consonantiam diapente transcendit.

Diatessaron enī p̄ sextā hulus duos tonos atq; semitonii minus cōinet. ergo bis diatessarō quatuor tonos et duo semitonii minora stinebit. atq; a quatuor tonis et duobus semitonii minoriā tempore sesquitone: relinquitur tres toni et semitonii minus. Atuero per decimā hulus cōsonantia diapente totidē tonos cū semitonio minore cōpletebitur. ergo bis diatessaron: sesquitone consonantiam diapente transgreditur transcenditq; quādmodum proponitur.

Cōsonantie diatessaron/ac diapente: in maximis supparticularibus sunt collocatae.

Nam ex diffinitione cōsonantia diatessaron in epiterita sesquiteria p̄portionē collocatur. et diapente in hemiolia atq; sesquiteria. at huius supparticulares sesqualtera et sesquiteria sunt maiores nam a secūda tertia parte q̄ maxime sunt sese cōsequētes partes: denominātur. igitur he cōsonantie ex maximarum supparticulariū originibus ducet: in maximis supparticularibus sunt collocatae quod est propositum.

Bis diatessaron/aut bis diapente: nullam consonantiam cōponere potest.

Hec proponit duas diatessaron cōsonantias aut duas diapente consonantias: nullā constare posse cōsonantia. Nam et diatessaron et diapente nō in multiplicibus sed supparticularibus sunt constitute et per primā petitionē que interalli ad intervallo propotionē est: ea quoq; est et soni ad sonū. at p̄ sextā primi duo similia interalla nō multiplicita: neq; multiplex neq; supparticulae creant intervalum. quare neq; illorū soni in multiplici: neq; in supparticulari ḡne existunt. omnis aut cōsonantia aut in supparticulari aut in multiplici rōne collocada est. sic enī consonantie noīe hoc in loco Pythagorica sequētes autoritatē suscepimus. ergo due cōsonantie diatessaron aut due diapente nullam efficiēt cōsonantia. et nō modo idverū sit: sed et quotquot cōsonantie diatessarō in īmensum copulētur et quotquot diapente: nullā vñq; consonantiam ex quinta prīmi huius efficere valebit.

Adīuncto ad cōsonantiam diapente tono: nulla parabitur consonantia. item neq; ad diatessaron trisemitonio.

S	II	Numēro p̄ dīa	T	3384	Numēro p̄ dīa
E	27	F 16	Sexta maior	B 9216	S 5832
C	9	D 8	Tonus	D 2304	D 1944
B	3	B 2	Diapente	M 4	O 3
				L 256	M 243
				D 9	R 8

Et si hīc sonorū congressus nōdum cōsonantia sit: euphōnsi tamen musici reputant melo modulātib; aptū: sextāq; et sex impleatur vocib; nostri nunc nūcupant. et quatuor tonis atq; vna dies: hoc est semitonio minore constat. qui q̄ nōdum cōsonantia sit patet. Accipio enī a et b ternariū et binarium: minimos sc̄z numeros cōsonantie diapente. et c d nouenariū atq; octonariū minimos numeros toni. et duco c in a et veniat d septem supra viginti. et d in b et veniat e decem et sex. per tertiam quinti Arithmetices d ad e cōtinet sesqualterū et sesquioctauū: quare d ad e cōtinet diapente atq; adiunctū tonum. at manifestū est d ad e et sc̄licet ad 16 nō esse multiplex. nam septem viginti nō continet bis aut tertio aut deinceps sedecim. neq; supparticularis est ad e. nam dīa numeri d ad e est undecim qui numerus summe 16 pars nulla est. transcedit enī vndēnariū sedenariū dimidiū. igitur adiunctus ad consonātiam diapente tonus: nullam parit cōsonantia. et simili argūmento adiecto ad cōsonantia diatessaron sesquitone: nulla sit cōsonantia ut ex secūda figuraione perfacile patere potest. sit tamē euphōna vocum congressio: quā item sextam nūcupant: sed que a prima contractio tota disset apōtome. est ergo hec minor illa vero maior. constat enim prima ut dictum iam est: quatuor tonis et vna dies: secunda vero tribus tonis et duabus diesib; Primā sonat parhypate hypaton ad mesen: secundā vero que contractio est: sonat hypate hypaton ad Lichanōn meson. que autem hypate que parhypate: qui lichani et que mese dicātur: sequēs liber declarabit.

Quo pacto diapason consonantia: in chorda sit adiungenda.

B	C	B	Cōsonantia diapason

Hec cōsonantiarū in libro problematiū testatus est Aristoteles: elegātissima pulcherrimaq; est. Chordam ergo ab a feco per medium per notā c. et quia ab ad cb est dupla interalli habitudo. ergo per diffinitionem ab ad cb consonat diapason.

CConsonantia diapason: in sex tonis minime consistit. sed quinq^z amplior: sex vero 19 tonis: consonat contractior.

CHiam per vicesimā primi quinq^z cōiuncti sesquioctauī: minus duplīcī interuallo cōfūgunt. et per vicesimā primam eiusdē sex coniuncti maiors vno duplīcī interuallo euadunt. ergo quinq^z tonī minores sunt diapason cōsonantia: et sex eadem sunt ampliores. consonat ergo diapason quinq^z tonis amplior: sed et sex eadem modulabitur inferior.

Diapason: ex diatessaron et diapente consonantia coniungitur. 20

CHiam per decimā quartam huius diatessaron et diapente in maximis supparticularibus sunt collocatae. at per vndecimā primi duplex interuallū ex duobus maximis supparticularibus cōiungitur. et duplex interuallū: consonatī diapason interuallū existit. igitur consonantia diapason: diatessarō et diapente consonantie simul coniungunt. quod est propositum.

Cōsonantia diapason: quinq^z tonis et duobus semitonii minoribus que tonū minime cōplent: perficitur. Unde quoq^z manifestū esse potest: cōsonantiam diapason solo a sex tonis committit distare. 21

CPer precedētem enī diatessaron et diapente consonantiam diapason iungunt. diatessaron autē per sextā huius duobus tonis et semitonio minore constare monstrata est: et diapente p nonā tribus tonis semitonio minore. at duo toni et semitonii minus et tres toni et tredicē semitonii minus simul conflati: quinq^z efficiuntur toni atq^z duo semitonii minorū. at qui duo semitonii minorū tonum non perficiuntur: verū ab eo deficiunt cōmata. igitur consonantia diapason quinq^z tonis et duobus semitonii minoribus: que tonū minime splent quē admodū iam propositū est perficit. **C**orrelariū ex demonstratis calce notū esse potest. Ex quo liquet pfacile esse in neruo musicū cōma peruestigare. **H**iam in eo a principio constitutis cōtinuitatis sex tonis et ab eodē nerui initio ad mediā chorde notam intensa diapason cōsonantia quod inter mediā nerui notam et ultimū sex tonorū signum cōtinetur: ex precedentis correlario erit cōmatis intersitū.

Dempta ex diapason cōsonantia diapente: relinquuntur diatessaron. et ex eadē dēpta cōsonantia diatessaron: relinquuntur diapente. dēptis autem ex ea diapente et tono relinquuntur sesquitonus. 22

CPrima pars et secunda statim per penultimā cognite sunt. Item et per pcedētē. **H**iam per precedētē diapason quinq^z tonis et duobus semitonii minorib^z constat: a quibus si tres tonos evnū semitonii minus tollas que per decimā huius diapente cōsonantia continet: relinquuntur duo toni et semitonii minus: q̄ per sextā huius diatessaron cōsonantia efficiunt. dēpta igitur ex diapason cōsonantia diapente: relinquuntur diatessaron: quod est primū. Secundū eadē facilitate declaratur. **H**iam ex quinq^z tonis et duobus semitonii minorib^z si duos tonos et semitonii minus tollas: relinquuntur tres toni et semitonii minus. Tertiū consimiliter. dēptis enī a cōsonantia diapason hoc est a quinq^z tonis et duobus semitonii minoribus dēptis inquā quattuor tonis et semitonio minore reliquis est tonus unus et semitonii minus. Et quot dies eis quot apotomias quot dentes cōmata continet diapason: de p̄ehēs eis sunt faciliter in nulla tamen equaliter: tota ipsa dividua est quādoquidem diapason in multiplice ratione consistit que omnino in quolibet equas proportiones que multiplicēs nō sint per sexagesimam non arithmetices diuidi non potest.

CNulla simplex cōsonantia: in duo equalia: certo/ cōstitutoq^z nūcō diuisibilis est. 23

Csimplices consonantias vocamus diatessaron/diapente/diapason. de diatessaron autē et diapente constat q̄ ex supparticularibus interuallis surgit: que per quintā primi nullo/pacto hunc in modum dirimi possunt. de diapasonvero cōsonantia idē subit iudicium. **H**iam quonā minimi eius numeri sunt duo et unum: et duo quadratus nō est: igitur per correlariū tricesimesecunde secundi huius cōsonantia diapason q̄ consistit in pportione duorū ad unum minime in duo equalia partief. et eodē quoq^z iure neq; eadē consonantia in plura duobus dimittit/ dirimiturq; equalia. Et profecto velle hoc pacto consonantia diapason in plura equa diudicare. est in geometricis diametrū coste quadrati velle cōmensurare. sed id ultimū musicū nō est

Diapason ac diatessaron: consonantiam non esse.

E	8			f	3		g	2
7		1		4		5		
B		b		c		d		

Cest in diapason ac diatessaron sit duarū vocum dulcis amenas cōgressio ut quē admodum cum pulsatur sesquitonus: nō iccirco tamē evenit diapason ac diatessaron consonantia dici mereri. Tamē P̄tholomeo secus & P̄thagoricis hac in re vitium sit: quod monstratu facilissimum est. Sint enī a et b binarius et unitas: minimi sc̄z numeri consonantie diapason et cōd quattuor et tria minimi idētēdem consonantie diatessaron duco et in a et veniet octonarius qui sit e: et d in b et veniet ternarius: qui sit f. per tertiam quinti Arithmetices et ad f continet duplā et sesquiterciā: quare diapason ac diatessarō.

III

sed et octonarius non est multiplex ad ternarium; neque supparticularis quod eum bis continet et insuper binarium qui ternarii non pars illis est sed partes, est enim octonarius ad ternarium duplex subparties. Non est igitur diapason ac diatessaron consonantia, omnis enim consonantia aut in supparticulari, aut in multiplici genere ex definitione consistit. Et in hoc facile cognosci potest ex novo pleumati libro de Pythagoricis consenserit Aristoteles: cum inquiritur cur non bis diapente, aut bis diatessaron reddi consonantia potest: ut bis diapason coaptari solet. Hoc inquit ideo est quod diapente consonantia posita in proportionem sequaliter est diatessaron, et in sesquialteri, et si duo sesquialteri aut sequaliter numeri orbine disponatur: extremi nullam inuicem proportionem habebunt, neque enim supparticulares neque multiplices esse poterunt, ut diapason consonantia quam in duplari proportione consistit: hac geminata: quadruplicem inuicem extremi tenebunt, habebuntque proportionem. Alides ergo quo pacto Aristoteles consonantiarum proportiones solas supparticulares aut multiplices efficit: suppartientes quod prouersus nulle sint repudians. Et rebus Pythagorici cum Pythagoricis magis in noise quam in re ipsa dissensio putanda est, sed de his hactenus.

25 **D**iapason ac diapente: in triplici consistit ratione, estque diapason ac diapente consonantia una.

Dis enim diapason ac diapente in tripla ratione consistit: hoc ideo est quod ex duodecima primi ex duplicitate sequitur interum triplices nascitur interum. duplex autem et sesquialter sunt consonantiae diapason et diapente in sua lata. igitur iuncte consonantiae diapason ac diapente in tripla ratione consistunt, sed cum sensu iam satis sit exploratum hunc concentum modulare, suauiterque ad auditum pervenire: ergo per definitionem istius concutus consonantia est, quod est totum propositum.

26 **D**iapason diapente ac tonus: melos citra consonantiam eliciunt.

27				8
e				f
3	1	9	8	
a	b	c	d	

Melos hic vocamus suauem auribus acceptam vocalationem, amenuisque plurimi vocum congresum, sed quod diapason diapente et tonus simul iuncta melos constituit: latim notum est. Nam hec sonorum vocalatio suauiter ut experientia discitur auribus accedit, sed quod consonantiam nullam paret: ostendit, quoniam enim per precedentem diapason ac diapente in tripla proportione consistit, sint ergo a b tria rationes minimi consonantiae diapason ac diapente numeri, et c d nouem et octo minimi numeri toni. duco e in a et d in b, et venient f et 7 scilicet 8 inter que est diapason diapente atque tonus. sed e ad finem supparticularis neque multiplex: quinimum et continet f ter et tres eius octauas: estque e ad f triplicis suptripartites octauas, non concutit igitur et f aliqua consonantia, quod totum est propositum.

27 **B**is diapason consonantia: in quadruplici constituta reperitur habitudine.

Quoniam bis diapason in quadruplici consistit: statim est manifestum. Nam per decimateriam primi duo duplicita interum quadruplicem iungunt in sua lata. diapason autem in duplari consistit, igitur bis diapason quadruplicem iungit habitudinem: que est multiplex, et cum bis diapason ad auditum suauis, emodula tangere pueniat ut id quoque sensu satis perceptum est, quod per definitionem erit consonantia, quod erat monstrandum.

Pythagorici et priores musici oes: percentum modi in terminis quadruplicem atque in finibus consonantiae bis diapason perstrinxerunt: non temere longius progressi aut quod inter illos terminos uniuersus factus a natura reperitur sue vocis modus, aut per stridulus ille canor illis ut iam quoque dictum est visus est quod versus seriam iam relinquit mediocritatem, aut per hactenus contemplatio satis ipsa esse visa est ad musicam institutioem, posteritas autem ad terdiapason vel et amplius ad auxit ad terios usque octupla longius evanescata: de quibus necessaria speculatio non inclibere videtur: sed pauca paucis strinxisse satis erit. Nam qui modulatioem supra bis diapason cognoscere desiderabut: faciliter demonstratio ut precedentia percipient, bis enim diapason ac diatessaron in proportione quicunque sesquialter consistit, et proinde plane consonantia pura non est, bis diapason ac diapente in proportione sesquialter et ideo consonantias numerata, ter vero diapason in proportione octupla.

28 **O**mnes consonantias: in data chorda suo ordine subligere: et eas sensu perceptibiliter experiri.

A	c	d	e	f	g	b
Sit ab data chorda in qua, positum sit consonantias diatessaron, diapente, diapason, diapason ac diapente, et bis diapason situare, colloco in signo a brachium circini immobile et ad totius chordae quartam partem extendeo circini brachium mobile: et in termio eius pono notam c, deinde extendo idem brachium ad eiusdem chordae partem tertiam: et in tercio pono d, mox ad totius chordae partem medianam quam designo notam e, deinde eodem brachio capio totius chordae bissem: hoc est duas tertias: et in tercio bissem pono f, mox extendo circinum ad chordae doratrem: hoc est ad tres eius completas quartas: in cuius fine atque notam g, tunc sic ab et c per quartam huius consonantiae diatessaron, ab et d per octauam diapente ab et e, ab per decimam octauam diapason ab et f, ab per vicequintam diapason ac diapente, postremo vero ab et g, ab per precedentem bis diapason. Suppone igitur musicale hemisphaerium sensim singulis chordae notis et sonos ad totius chordae sonum diligenter attende, et suo ordine, positas consonantias annotabis, quod propterius experiri valebis: si chordae ab chordam equisonant, etiam collocaueris: cuius sonum cum singulis sectionum ab et c distinctionibus non segniter attenderis.						

Consonantiarū hoc pacto digestarum: finis consonantic diatessaron: ad finem dia- 29
pente sonat tonum: ad finem diapason: consonat diapente: ad finem diapason ac dia-
pente: incōsonus: ad finem vero bis diapason: consonat diapente ac diapason.

A	c	d	e	f	g	b
---	---	---	---	---	---	---

Csint a/c/d/e/f/g/b modo qui dictus est digeste consonātie: dico c b finem psonātie diatessaron ad d b sonare tonum: ad e b esse diapente: ad f b incōsonū esse: ad g b xō cōsonare diapente ac diapason. Nam per precedentem a b t c b est diatessaron et a b et d b diapente. dēpta ergo a b t c b diatessaron cōsonātia ab c b t d b diapente: per correlariū decime huius relinquit tonus. qd aut relinquit est c b t d b: igitur c b ad d b sonat tonum: et qm̄ per precedentē a b t e b p̄cinit modulaturq̄ diapason substracta: igitur a b et e b diatessaron ab a b et e b vicesimāscdām huius qd relinquit est diapente. atq̄ quod relinquit est c b et e b: igitur c b ad e b psonat diapente. et qr̄ per precedentem a b t f b consonat diapason ac diapēte: subducta igitur a b t e b psonātia diapason: qd relinquit est diapente. quod aut relinquit est e b t f b: igitur e b t f b consonantia est diapēte. sed p modo monstratū c b t e b et ē dia-
pente est: igitur c b t f b est bis diapente. at p decimāquartā huius bis diapente psonātia componi nō potest: igitur c b ad f b incōsonus est. postremo qm̄ vt ex pcedēti noui est a b t g b psonat bis diapason. dēpta igitur a b t e b diapason psonātia relinquit e b et g b ēē diapason. atq̄ c b t e b per scdām ptem huius mōstrata est esse diapente. igitur adiūcta c b et e b consonantia diapente ad e b t g b cōstituitur diapente ac diapason. cōsonat ergo c b t g b diapente ac diapason. quod est totum propositum.

Csic positis consonātib: finis diapente ad finem diapason modulatur diatessaron, 30
et ad finem diapason ac diapente: modulatur diapason. ad finem vero bis diapason euphonus est: sed qui nondum consonantia est.

A	c	d	e	f	g	b
---	---	---	---	---	---	---

Cesto pcedēti hypothesis: dico d b finem diapente ad e b consonare diatessaron. ad f b diapason. et ad g b sonare diatessaron ac diapason. Nam per penultimā a b et e b cōsonātia est diapason. et a b et d b diapente. subducta igitur a b t d b diapente: ab a b t e b psonātia diapason: per vicesimāscdām huius relinquit diatessaron. qd aut relinquit est d b et e b: igitur d b ad e b psonat diatessaron. et qr̄ in pcedēti monstratū est e b t f b ēē diapente: et nīc d b et e b esse diatessaron: ergo per vicesimā huius d b et f b ex illis duabus cōflata/coalitaq; cōsonātia modulabī diapason. Rursum cū e b t g b in pce denti mōstrata sit diapason: et e b et f b diapēte: ergo per vicesimāscdām huius t g b est diatessaron. et d b et f b nunc mōstrata est diapason. igitur d b t g b est diapason ac diatessaron: que cū modulatio sit euphona t ēā monstrauerit vicesimaquarta huius non esse psonātia totū liquet mōstratu. ppositū. et ex hac quoq; pariter cognitū est finem diapason: ad finem diapason ac diapente modulari diapēte vt e b ad f b et ad finem bis diapason cōsonare diapason.

Consonātiaz sic collocataz: totius chordē atq; cuiusq; sectiois nūcros designare. 31

24	18	16	12	8	6	5	4	3	2	1
a	c	d	e	f	g	b				

Cduco duo/ tria/ et quattuor in seiuicem: et numeri inde surgentem atq; pductū qui hēbit scdām tertiam t quartā: pono totius linee numerum quē iccirco voco numerum a b ab quo demo quartam partem et reliquias sit c b: et erit p̄mus numerus ad ipm sesquitercius. quare diatessaron. et ab eodēz numero demo partem tertiam t reliquias sit d b: eritq; a b ad d b sesqualter: quare cōsonātia diapēte. et iter ab a b dūco ptem mediā et reliquias sit e b: eritq; a b ad e b duplū. qcircā diapason psonātia inter eos exurget. et n̄seri a b sumo solā tertiam q sit f b: erit ergo a b ad f b hitudo tripla. cōtinebit igitur a b et f b diapason ac diapēte. Rursum numeri a b sola quarta sit g b: erit a b ad g b quadruplic. quare a b et g b sunt numeri bis diapason. sunt itaq; totius chordē a b t cuiusq; sectionis eius fm a signatas consonātias designati numeri. quod erat demonstrandum.

CQuoscunq; harmonicas medietates assignare: inter quaz terminos eorūq; diffe- 32
rentias omnes musicē reperiantur consonantie.

Harmonice	12	8	6	5	Epitritus	b c	Diatessaron
Medietates	6	4	3		Hemiolus	a b	Diapente
	a	b	c		Duplaris	a c	Diapason
Differentie		2	1		Triplaris	c e	Diapason diapente
		d	e		Quadruplaris	b e	Bis diapason.

Charmonica medietas in Arithmeticis diffinita est qn̄ trium tertiorū maximus ad minū: ita dīa maiorū ad dīam minorū. Sit ergo c quicq; nūerus partem tertiam habens que sit e: duplo c. sitq; duplatus a. manifestū est a ad c esse duplum. et qr̄ c p̄tinet tria e: ipm a p̄tinet sex e. addo e ad c t fiat b

III

et erit notū b ad c esse sesquiteriū: et b cōtinere quattuor e atq; e esse dīam b ad c. Itidē qz b cōtinet quattuor e et a cōtinet sex e: a erit sesqualter ad b: et qz b equatur quattuor e: et a sex ergo dīa a ad b equatur duobus e que sit d, quia enī d equalis duobus e: ergo d duplus est ad e. dico ergo a b c datam esse harmonicam medietatem: inter cuius terminos a b c et eoz differentias d e oēs musicæ consonatiæ reperiātur. nam a ad b maximi ad mīnū mōstrata est p̄portio eē dupla et sūlter habitudo d ad e dīe sc̄ maiorū ad differētiam minōrū etiā ostensa dupla. sunt igitur per diffinitiōem a b c termini in harmonicā medietate p̄stituti. At si b ad c cōpares mōstratus est sesqualter atq; hemiolus et diapēte interuallū. et si a ad c duplū habes et consonantia diapason. si xō c ad e cōtuleris: habes triplū: et p̄ vicesimāquinā tertū consonantia cōpositam diapason ac diapente. et si b ad e: quadruplū: et p̄ vicesimāseptimā tertij bis diapason. at cū cetera mōstrata sunt non eē consonatiæ: cōstat diatesaron/ diapente/ diapason/ diapason ac diapente/ et bis diapason oēs consonatiæ quibus in disciplinis se exercere solent musici: inter terminos harmonice medietatis et eoz differentias fuisse repertas. et si duxeris binariū in a b c et in illos q̄ inde puerint et quoties volueris in pueniētes: ex septima secūdi Arithmetices cognoscere p̄p̄tum est toties cōstitutu harmonicam medietatem cōsimiles inter suos terios et suoū teriorū dīas: cōsonantias musicas seruātem. et idem fuerit si quēcūs alterū numerū in illos terios duxeris. placuit tñ diuino Seuerino quadragesimo octauo capite secūdi sue Arithmetices ad oēs consonantias musicas cōplete das: duas ordinare medierates harmonicas: unam in duplari/ et alteram in triplari. sed et idem etiā fieri posse vna sola constituta iam satis monstratum arbitramur.

33. Quolibet maximas harmonias quaz quelibet primordium consonantiarū / consonantiasq; contineat omnes: constituere.

Maxima har.	24	18	16	12			
Maxima har.	12	9	8	6	Epogdous	b c	Tonus
	a	b	c	d	Epitritus	a b	Diatesaron
Differentie	3			3	Hemiolus	a c	Diapente
	c		f		Duplaris	a d	Diapason
Differentie	4		2		Triplaris	d h	Diapason diapēte
	g		h		Quadruplus	c h	Bis diapason.

Maximam harmoniam vocant qñ quattuor solidorū teriorū in geometrica medietate cōstitutorū: inter maximū/vnū mediorū et mīnū medietas Arithmetica p̄tinet: et rursum inter maximū teriorū/ alterū mediorū et mīnū cōtinetur harmonica. Medietas geometrica est qñ terminorū est p̄portionū sūlterū. Arithmetica qñ teriorū est differētiarū equalitas. quid Harmonica iam dicitur est. Solidi termini dicuntur qui ex triū in se laterū ductu p̄ducuntur. sed hec oīa ex Arithmeticis p̄notissima sunt. Primum dīum consonantiaz appellamus tonum. Capio ergo d numerū quēcūs qui sc̄dam et tertiam hēat: sitq; eius secūda f et tertia h. duplo d et sit duplatus a: quicquidē a duplus erit ad d. addo b ad d sitq; cōpositus c. eritq; sesquiterius ad d. sed et cū a mōstratus sit duplus ad d: g per vndecimam p̄mū huius a ad c est sesqualter. Prefea f sc̄dam parrem ad avō ip̄i d et cōpositus sit b: certū est b ad d esse sesqualterū. q̄re p̄ eādē vndecimam p̄mū a ad b est sesquiterius. Ab a c igī qui mōstratus ē sesqualter: abiato a b sesquiterio per quādecimā primi relinqitur b ad c sesquioctauus. Sit prefea g dīa a ad c q; d p̄tinet tria h: c continebit q̄tuor et a sex. ergo g dīa a ad c p̄tinet duo h. est itaq; g ad h duplus. et quia f ēt medietas d: et b ēt sesqualterū ad d: ergo b cōtinet tria f. est itaq; f tertia p̄s b. sed et a sesquiterius ad b addit sup eū tertiaz p̄tem ip̄ius b: ergo dīa a ad b que sit e equalis. dico ergo a/b/c/d maximā cōstituere harmoniam: que tonū consonantiarū elementum/ et oēm cōplete consonantia. Nam a ad b mōstratus sesquiterius et sūlter c ad d sesquiterius. cōtinēt igī a ad b et c ad d per diffinitiōem: geometricam medietatem. et dīa a ad b maximi ad vñū mediorū est e: et b ad d eiudē medij ad mīnū est f: et e et f mōstrare sunt equari. igitur per diffinitiōem a ad b et b ad c cōstituūtur in Arithmetica medietate. sed et a ad maximus ad mīnū mōstratus est duplus: et sūlter g dīa a ad c maximi ad relliū mediorū demōstrata dupla ad h dīam c ad d eiudē medij ad mīnū. igitur per diffinitiōem a c d p̄sistūt in harmonicā medietate. Cōstat igī p̄ diffinitiōem a/b/c/d si solidi sint cōstituere maximā harmoniam. q̄ si solidi non sint: duc quēcūs nūerū in quēlibet ipsorū et pueniēt solidi in eiudē hasbitudinibus quoꝝ cuiuslibet latera erūt vñitas/ numerus in illos ductus et singuli eoz ad singulos: sicq; cōstabit maximā constitutam esse harmoniam. sed iam ostensus est b ad c sesquioctauus: igitur per diffinitiōem b ad c cōtinet tonū consonantiarū p̄mōriū. et a ad b est sesquiterius. igī a ad b p̄tinet diatesaron. et a ad c mōstratus est sesqualter: igitur a ad c cōtinet diapente. et a ad d duplus: igitur a ad d diapason. et d ad h triplus: igitur d ad h diapason ac diapente. et c ad h mōstratus quadruplus: igitur c ad h cōtinet bis diapason. et quoties duxeris quēcūs numerū in a/b/c/d aut in p̄ductos ex illis adiuuāte septima secūdi Arithmetices et diffinitiōibus: toties cōstitutes maximā harmoniā: tonum et oēs consonantias continentem. est igī effectum qđ pponebatur. Et ex hac intelligere potes esse demōstratum que diuus Seuerinus affert de harmonia cubi quadragesimonono/ et de maxima harmonia quinquagesimoquarto capite secūdi sue Arithmetices.


34. Dis numerus ternaria progressionē ad se adiectus: oēm consonantiam in Arithmetica medietate compleat.

Cōsonātie i Arithmetica medietate	A primavnitate	A sc̄da vnitate	A tertianitate
3 6 9 12	1 2 3 4	10 20 30 40	100 200 300 400
duplus diapason sesquīt̄ diates.	duplar̄ epitr̄	diapas. diates.	diapason diates.
sesquāt̄ diapēte	Hemtol.	diapē.	diapente
Triplus. diapason diapē.	Triplaris	diapa. diap.	diapa. diapēte
Quadruples. bis diapason	Quadruplaris	Bis diapason	Bis diapason

CIntelligit ternaria p̄gressio ad se addi numerus qñ additur p̄mo ad se semel deinde bis deinde ter. dico ergo quēcunq; numerū ad se hoc pacto additum: oēm cōstituere consonātia musicam. Nam semel sibi adiectus duplex ad se efficit et diapason consonātiā. et bis sibi additus: ad primā additioñem sesquāt̄ cōstiruit et diapente: et ad se triplū atq; diapason ac diapente, nam in p̄ma additioñe bis et in secūda ter cōtinetur. ter vero sibi additus ad sc̄dāz additioñem facit sesquiteriū et diatessaron: nam primus numerus hic quater illuc vero ter cōtinetur. et ad se quadruplū facit et bis diapason. in hac igitur p̄gressione oīs cōtinetur cōsonātia musica. et qz cōtinue numerosi ex eius additioñe surgentiū ipse numerus additus est differētia: ergo reperire consonātia in Arithmetica medietate contineatur. et ex hac cognoscitur cur in oīm vnitatum quaternaria p̄gressione que vbiq; venari p̄thagorici plenitudinem implet: oēs consonantie musicæ et in Arithmetica quidem medietate reperiatur.

Ctonum et oēm consonantiam simplicem: in duo equa partiri veraq; medietatum puncta in chorda: geometricè monstrare. 35

CPrecedētes sc̄p̄tima sc̄di et vicesimateria tertii p̄tēdit tonū diatessaron: diapēte ac diapason: in duo equa diuidi non posse. hec vero mōstrat quo pacto ea omnia possint in duo equa partiri. nec hoc quidē repugnat. Mā precedētes contēdunt id effici non posse Arithmetice certo cōstitutoq; numero: atq; ratiōali habitudine: hec vero id effici posse geometricè sine numeri certa cōstantiō ratione.



Csit ergo data chorda ab superiori in qua subeamur integrum semitonium et consonātariū diatessaron: diapente: ac diapason vera media reperire. facio ab et cb tonum. ab et db diatessaron. ab et eb diapente. ab et fb diapason eo qui in p̄cedētibus mōstratus est modo. deinde in inferiori lineis ac cōtinute quātitatis capio ab equalē linee superiori ab et bc cōtinue equalē linee bc superiori. et a puncto b versus circapie lineam bd equalē chorde bd et be equalē chorde be et bf chorde bf. et intelligo quatuor dimidiōs circulos ac a/c a/d a/e a/f. et a puncto b educo perpendicularē linee ac ad circū serētias semicirculorū ac a/c a/d a/e a/f. et pūcta vbi eos cōtingit lineas sint g/h/i/k: ad que pūcta educo a/g/c/g/a/h/d/h/a/i/e/i/a/k/fk. at per nonā sexti geometrie ab ad b g vt b g ad b c. facio igit in chorda superiori ab lineam bg equalē inferiori linee bg et cī p̄portio ab ad bg vt g/b ad c b vt p̄fōstēsum cī: sequit tonum ab et cb esse in duo equa diuisum: et pūcta g esse medium veri semitonij signū. et per eādem que p̄portio ab ad b h es sit b h ad b d. esto igitur h b in chorda ab equalis linee b h per idem vt prius: ea erit p̄portio ab ad h b que h bad db. quare ab et db diatessaron in duo equa partita est. et eodem pacto facta chorda ib superiori equali linee bi. et chorda kb equali linee bh mōstrabis cō-

III

sonatias diapete et diapason in duo equa esse partitas: et re ha hoc pacto ha schismata atq; daschis-
mata/ et dieses tetrartemerias reperias assignatis cōmatis/ dieos atq; cōpletii semitonii interuallis
et sumptis ut in precedentibus factum est medijs pportionalibus chordis. sed hec statim aliqtulum in
geometricis exercitatis nota esse possunt. Hec aut posteaq; repereris disece (si liber) per chordam in
voce tonum mediare et semitonium: et quācunq; voles in arte musica consonantiam.

C Tertii elementorum Musices finis.

b Armonica regula instrumentū est: quo cum ratiōis adhibito iudicio
consonantie/ consonatiarūq; partes: in chorda perquirūtur. A helorū
tria sūt genera: Diatonicum/ Chromaticū/ Enharmonicū. Diatonicum
genus: melos est cuius partitio per semitonium minus et duos tonos
cōtinue pcedit. Chromaticum: qd per duo inequalia semitonia et tri-
hemitonium cōscēdit. Enharmonicū ḥo: qd per duas dieses conscēdit
et ditonum. Diesis hoc in loco semitonii minoris medietas est: ex differētie extremoz
habitudinis eius: partitione pueniens: que et tetrartemeria dicta est. sed vt eaq; semp
maior que acutior: et minor q; grauior: reperiatur necesse est. Voces/ nerui/ chordae/
spacia: hoc ordic a graui in acumen nitentia in unoq; melorum ḡne sunt nūcupata.

Grece nuncupationes	Nuncupationes latine.
Proslambanomenos	Acquisitus
Hypate hypaton	Principalis principalium
Parhypate hypaton	Subprincipalis principalium
Lichanos hypaton	Index principalium
Hypate meson	Principalis mediарum
Parhypate meson	Subprincipalis mediарum
Lichanos meson	Index mediарum
Ahese	Ahedia
Trite synezeugmenon	Tertia coniunctarum
Paranete synezeugmenon	Penultima coniunctarum
Mete synezeugmenon	Ultima coniunctarum
Paramete diezeugmenon	Submedia disiunctarum
Trite diezeugmenon	Tertia disiunctarum
Paranete diezeugmenon	Penultima disiunctarum
Mete diezeugmenon	Ultima disiunctarum
Trite hyperbolcon	Tertia excellentium
Paranete hyperboleon	Penultima excellentium
Mete hyperboleon	Ultima excellentium

C A monochordum: est qdymica chorda cōtinet modulatiōem. Tetrachordum: quod
chordis quattuor. Polichordum ḥo: quod pluribus chordis id cōtinet qd quattuor.
vt pentachordum: qd quinqz. hexachordum: quod sex. et ita de heptachordo/ octo-
chordo/ennachordo/decachordo/endecachordo/dodecachordo/tridecachordo/tes-
saradecachordo/t pentadecachordo est intelligendum: qd ultimum oīno quindecim
constat chordis. **C** Proslambanomenos: est in unoq; generc: primo tetrachordorū
grauiſſimus neruus adiūctus: a primo primi tetrachordi neruo: toni infuallo distas.
Tetrachordum coniūctū: est cuius principiū est precedētis tetrachordi finis. **C** iū-
ctum ḥo: cuius primordialis neruus in unoquoc; melorum genere: a primo prece-
dentiis tetrachordi finali neruo: uno tono disiungitur.

CTetrachorda sunt quinque: Tetrachordū hypaton/Tetrachordū meson/Synezeugmenon/Diezeugmenon/Hyperbolcon.

CTetrachordum hypaton est: Tetrachordum synczugmenon.

Hypate hypaton Abesc

Parhypate hypaton Trite synezeugmenon

Lichanos hypaton Paranete synezeugmenon

Hypate meson Mete synezeugmenon

Tetrachordum meson est: Tetrachordon diezeugmenon.

Hypate meson Paramete diezeugmenon

Parhypate meson Trite diezeugmenon

Lichanos meson Paranete diezeugmenon

Abesc Mete diezeugmenon

Tetrachordum hyperbolcon

Mete diezeugmenon

Trite hyperboleon

Paranete hyperbolcon

Mete hyperbolcon

CA hodi hic vocamus remissionem aut intensionem oim tetrachordorum gradatim in aliquo genere melorum: sui generis progressionem seruans.

CA hodi sunt septem.

CPrimus Hypodorius 1

Secundus Hypophrygius 2

Tertius Hypolydius 3

Quartus Dorius 4

Quintus Phrygius 5

Sextus Lydius 6

Septimus Abrolidius 7

CA monochordi regularis partitionem: in diatonico genere demonstrare.

CQuāvis instrumenta musices pluris reperiatur ut Lithare/Libie/Lube/Litul/Multiforatiles fistule: Hextre/Leue/Simplices/Duplices: in quibꝫ uno spiritu animatis ut inquit Apuleius. ferte Magnis Lydoꝫ rex Marsieg pater p̄mis in caneo manus discapedinasse: prefea vt P̄elite/Choradacile/Sambuci/Hydraule/Habilie/Psalteria/Magades/Barbiti/Maula/P̄etades/Cornua/Heptagona/Mele/Testudo/Barbati/Plectra/Monochorda/Tetrachorda/Polychorda: et cetera id genꝫ musica instrumenta. placuit m̄ Philosophis in Monochordis/Tetrachordis atq; Polychordis monstrādis: ceterorū nos intelligere rōem atq; compositionem: quo circ̄a ut de Monochordorum et Tetrachordorum compositione intelligemus: ita de reliquis est intelligendum. nunc ergo ad Monochordi regularis nos ostensionem cōuertamus.

	B	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	b
Monochordum	T	S	T	Z	S	T	T	T	S	T	T	S	T	Z	I
diatonicum	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r


Tonus

S Semitonium minus

CMonochordum igit̄ reglarē cōcirco dicitur q̄ in unico nero musice consonat̄ie harmonica regula peruestigētur. Sit ergo ab chorda in qua volumus in diatonico ḡne cōsonat̄ias regularē collocare.

Becipio et planissimā regulam nullaque ex parte subsultatētem: equalēm lineā a b. et per primā et decimā octanā secūdī huius ab c in d intēdo tonum. et ab d in e semitonū minus. et ab e in f et in g intēdo duos tonos. et ab g in h semitonū minus. ab h in i et i in k duos tonos. Bursus ab k in l tonum. et ab l in m semitonum minus. ab m in n et n in o duos tonos. ab o in p semitonū. ab p in q et q in r duos tonos. ita quod tñne semitonio minori subiuncti sint duo toni: deptis c d qui p proslambanomeno pmo semitonio prepositus est tonus: et k l tono qui retrachordi diezeugmeni hoc est disiuncti principiū est. Bursum applico totam regulā harmonicam et tori chorde a b. travit c sit cum a et r cib. et in chorda ab vbi applicatur d/e/f/g/r relique sectionum regule signo d/e/f/g/h/i/k/l/m/n/o/p/q et dico monochordū a b esse in gñe diatonicō regulariter diuisum. Qm enī sua interualla interuallis regle c r rident euadūtq equalia a b et d b sonat tonū et d b et e b semitonisi: et iteris e b et f b tonū tñnet. igitur a b et f b duos tonos et semitonū minus tñnes: per sextam tertij psonat diatessaron. Et quia f b et g b vt in regula cõtinet tonum. et g b et h b semitonum minus. et h b: b. et i b et k b duos tonos. ergo per decimam tertij f b et k b tres tonos semitonū minus cõtinens: cõcinit diapete. Sed et mōstrata est a b et f b modulari diatessaron: g per vicesimam tertij a b et k b qb ex cõsonatū diatessaron et diapente cõsurgit coalitum: cõsonat diapason. Bursus k b et l b sonat tonum / l b et m b semitonum minus m b n b et o b duos tonos: quare k b et o b tres tonos et semitonū minus cõtinens: per decimā tertij cõsonat diapete. Sed a b et k b mōstrata est diapason cõsonatia: ergo a b et o b cõsonat diapason ac diapete. Presea qz o b et p b semitonū est et p b q b et b duo toni: ergo o b et b cõcinit diatessaron: k b igitur et b ex diapente diatessaronq cõstans: pervicētā tertij cõsonat diapason. At xo a b et f b itidē mōstrata est cõcincere diapason. ergo a b et b sc̄inut bis diapason. Et qz hec monochordi partitio per semitonū et duos tonos facta pcessit: et ec que modo mōstrate sunt cõsonantie harmonice regule suffragio peruestigate: ergo monochordi regularis partitio in genere diatonicō per disiunctiōem mōstrata est. quod est propositum.

Monochordi regularis constitutionem: in genere Chromatico declarare.



In omni Monochordō atqz polychordo hec obſkuat ppetas ut octaua modo nota/ modo chorda prime: et decima quita octauae: in consonatia diapason recrēpet. et vbiqz p proslambanomeno p̄fugit tonus: in se seriqz vbiqz inter mesen atqz paramesen p concētu disiucto tonus. hoc est in monochordis a prima nota in secundam et ab octaua in nonam collocatur tonus. Sit ergo a b vt prius chorda in qua volumus consonantias in genere chromatico regulariter reperire. capio et regulam planissimā et illi assignate corde equā facioqz per primam secūdī huius c d tonum: et per decimā octauā eiusdem e semitonū minus: et itez per primam d f toni interuallū. erit ergo e f semitonū maius: et d e et e f duo semitonia: s3 et ab d g metio tonum et semitonū min⁹: que equa erūt trihemitonio: et g h et h i facio duo semitonia: minus sc̄z atqz maius et i l extēdo ad tonū et semitonū minus. Simili quoqz pacto l z l fiat tonus: et l m n duo semitonio: et n o trihemitonū. et itez o p q duo semitonia: q r xo trihemitonium. Et regulā hoc pacto diuisam applico ex equo lineā a b et in linea a b signo p̄similes et p̄sib⁹ distatiōis notas: sc̄z a/d/e/f/g/h/i/l/z/l/m/n/o/p/q/b. quo pacto dico lineam a b esse regulariter in melodis chromatica diuisam. Hā c d tonus et d f tonus et f g tonus et semitonū minus. quare a z g continent tres tonos et semitonū minus. ergo per decimā tertij a ad g cõsonat diapete. et qz g h i cõtinent tonū: et i l z trihemitonū: igitur g ad l z duos tonos et semitonū minus cõtinens per sextam tertij modulat diatessaron. sed et a g pbata est diapente: ergo a l z cõstans ex a g et g l z diapente et diatessaron per vicesimam tertij cõcinit diapason. Et penitus eadem rōne pbaueris l z o cõsonare diapente: et l z b dia- pason. quare a o diapason ac diapente et a b recrēpet bis diapason: quā consonatiaz nos trascēdere Pythagorizorū verat autoritas. qui tñ volet ulterius consēdere ex his q̄ iam demōstrata sunt et que

postea demonstranda suscipientur facile concordet. Et cum iam monstrata partitio per semitonium et semitonium et trihemitonum processerit nisi ubi integer adiectus est tonus utrum diapason tum concetus dislocetur serue ppterat. Potest ergo ex diffinitio factum esse quod in chromatico genere pponebat faciem atque propositum.

CIdem: in enharmonic genere regulariter ostendere.

3

A

Monochordum Enharmonicum.

b

T	D	D	EE	D	D	EE	D	D	EE					
c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r

D. Diesis tetrartemeria.

EE. Ditonus.

Csit ut prius chorda ab et c r regula eidem ut in ceteris equa: ab puncto c ad d extendo tonum: et ab d ad f semitonum minus: et spaciis d f partitor in equalia per notam e. eruntque d e f due dieses. et f g facio duos tonos: qui ditonum implent. g h i vti prius duas dieses. i k l ditonum. l m n duas dieses. n o ditonum. o p q duas dieses. et q r ditonum. quia regula hoc pacto partitam equaliter applico lineas a b: et siles notas equaliter interiuallam in linea a b designo per medias inter a et b litteras d e f g h i k l m n o p q b. et quia a d tonus: et d e f due dieses semitonum minus implentes: et f g ditonus: ergo a g tres toni et semitonum minus per decimam tertij sonat diapente. sed et g h i due dieses et i k l ditonus duos tonos et semitonum minus continentes: per sextam tertij sunt diatessaron. igitur ut prius per vicesimam tertij a l continet diapason. et hoc pacto monstrum l o continere diapente et l b diapason: que a o sonare diapason ac diapente et a ad b consonare bis diapason. et qz hec modulationis progressio per duas dieses et ditonum procedit: constat per diffinitioem monochordi enharmonium regulariter esse partitum: in eoque musicalis situatas esse consonantias et propositum.

Ctetrachordum hypaton: in diatonicum melo dividere.

4

Proslambanomenos A | A

Hypate Hypaton b | E B

Parhypate Hypaton c | S C

Lichanos Hypaton d | T D

Hypate Meson e | T E

CSuperiores: Monochorda docuerunt ordinare. Inferiores autem: Tetrachorda / Pentachorda / Hexachorda et alia queque Polychorda ad Pentachordum usque: quibus cognitis cetera que amplius desideraretur cognoscere facillime. Constitutus ergo b c d e tetrachordum hypaton: ita ut b sit hypate hypaton / c parhypate hypaton / d Lichanos hypaton / e Hypate meson: cui preiusgo ad grauitatem parte a Proslambanomenon chordam quidem que in tetrachordis non computatur: sed primo adiecit tetrachordio creat pentachordum. facio ergo interuallum chorde a sesquioctauum ad chordam b / et sesquiterium ad chorda d / et sesqualterum ad e. Item facio c ad d sesquioctauum. dico ergo tetrachordum hypaton in genere diatonicum (ut dictum est) esse diuolum. Nam per diffinitioem a ad b proslambanomenos ad hypaten hypaton: erit tonus. et quia a ad d sesquiterium est: itidem per diffinitioem proslambanomenos ad lichanon hypaton concinuit diatessaron. sed et cum a ad e proslambanomenos ad hypaten meson sit sesqualterum: per idem a ad e consonat diapente. per decimatertiam igitur tertij d ab e lichanos hypaton ab hypate meson tono distinguitur. Rursum qz c ad d sesquioctauum est: ergo c ad d sonat tonum. atque qz a ad d diatessaron est: et a b tonus est: et c d tonus: igitur per sextam tertiam b ad c relinquitur semitonum minus. Est itaque hypate hypaton ad parhypaten hypaton semitonum minus: et parhypate hypaton ad lichanon hypaton tonus: lichanos hypaton ad hypaten meson tonus. constitutus est g b / c / d / e tetrachordum hypaton: per semitonum minus et duos subiunctos tonos procedens: per diffinitioem in genere diatonicum pariter et pentachordum a b / c / d / e. Sed incidunt dubitatio forsan: cur nostra tempestate musici duos tonos ad tetrachordum partem seriam / grauenque prelocant: nos autem soli tonum qui est proslambanomeni atque hypates hypaton: responsa perula / in propria est musicos nostra tempestate proslambanomeno alteram chordam tono distantem prefrisse et id primum memorat Gregorium facilitasse.

CIn codem diatonicum melo: tetrachordum meson subiungere. et in octochordo: a proslambanomeno in mesen: diapason contineri.

Proslambanomenos A | A

Hypate Hypaton b | E B

Parhypate Hypaton c | S C

Lichanos Hypaton d | T D

Hypate Meson e | T E

Parhypate Meson f | S F

Lichanos Meson g | T G

Mesen h | T H

CSicut e f g h tetrachordum meson. facio e sesquiterium ad h / et g sesquioctauum ad h / et f sesquioctauum ad g: erit ergo per diffinitionem e ad h hypate meson ad mesen diatessaron. et qz g ad h tonus sit ter-

⁶ ad g tonus. nam vtrius ex sesquiocaua pportio nascitur. ergo p sextam tertij e ad f erit semitoniu minus. est itaq e f g h tetrachordum meson per semitonium minus et duos tonos precedens in genere diatonicu diuisum. et qz a e proslambanomenos et hypate meson in precedenti mostrata sunt consonare diapente: et in psentis e h hypate meson et mese diatessaron. ergo per vicesimam tertij: proslambanomenos ad mesen consonant diapason. cotinet igitur octochordum a b c d e f g h consonantiam diapason. quod est totum propositum.

Conposito octochordo: in eodem genere tetrachordum disiunctarum submittre. et dodecachordum diapason ac diapente continere.

Proslambanomenos	A	B
Hypate hypaton	b	b
Parhypate hypaton	c	c
Lichanos hypaton	d	d
Hypate meson	e	e
Parhypate meson	f	f
Lichanos meson	g	g
Mese	h	h
Paramese diezeugmenon	i	Trite consiunctarum
Trite diezeugmenon	j	Paranete coiunctaru
Paranete diezeugmenon	m	Hete coniunctarum
Hete diezeugmenon	n	n

